FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## ANTO. DE BVTRIO || IN QVINQVE LIBROS DECRE=||TALIVM COMMENTARIA ... Summarijs ... Flori || de Sura Lugdunen[sis] ... || ... ||

... || SVPER PRIMA PARTE SECVNDI || DECRETALIVM. || CLARISSIMI IVRIS || VTRIVSQVE DOCTORIS DOMINI || Antonij de Butrio super Prima parte || secundi Decretalium accuratissime || excusa, ... || ... ||

**Antonius <de Butrio>**

**Lugduni, 1532**

De iuramento calumnie. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150676**

Visual Library

etiam per hoc grauatur onere probãdi: ſed ſufficit ſe offerre paratũ ſtare iuri: vt in auct. ei qui. C. de bo. auc. iu. poſ. hoc temperat Guil. in. l. ij. C. vbi in rem ac. verum quando fit miſſio in alia re ꝙ petita. Sed vbi fit miſſio in re petita: dic quod de certuꝫ primũ operatur idem qḋ in reali: vt ſi peto rem quã vendidiſti ⁊ mittor in poſſeſſionem eius: ⁊ ſic preſcribã vt ſupra in reali: ſed cõiter non tenetur. quãdoqꝫ proceſſum eſt ad ſecundum decretum. ⁊ tũc aduerte ad formaꝫ ſecundi decreti: quia diuerſimode poteſt iudex interponere. Quandoqꝫ eſt ꝓceſſum ad alienationem in tertium ſeruatis ſeruandis: ⁊ nõ auditur vt. l. ſi. C. de iure do. impe. ⁊ que tunc ſeruẽtur habeꝛ ibi ⁊ in ſpe. diffuſe poſt Ja. de are. in ti. de ſecundo decre. §. i. ver. vtrum: ad ſi. §. vbi hoc tenet ſpe. Idem bu. in. l. conſentaneum: ⁊ hoc ſentit hic glo. niſi aliqua allegaret per que infringeretur decretuꝫ: vt quia cõtra nõ latitantem: vel q꞉ continet iniquitatem ex parte petentis ſecundum ea que notabuntur. de dila. preterea. poſt Inno. ⁊ no. in. l. iuſte. ff. de acqui. poſ. ſic intellige ſpe. in ti. de ſecũdo decre. §. iuxta propoſitionis. ver. quid ſi ille. hec vera quãdo alienatio eſt facta in tertium. Si in ipſum creditorem idem quod in ſequenti membro. Quandoqꝫ eſt proceſſum ad iudicationẽ in ſolutũ. ⁊ glo. hic ſentit quod nõ audiatur. Idem bu. in. l. ij. C. vbi in rem ac. ⁊ dicta. l. conſentaneum. ſpe. in ti. de ſecundo decre. §. ſed que eſt differentia. dicit ꝙ ſi eſt data in ſolutum vel vendita creditori quod adhuc auditur debitor volens de iure ſuo probare. Bar. in. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infec. dicit qḋ auditur vſqꝫ ad biennium: ſecundum formam l. ſi. C. de iure do. impe. ſed tunc non auditur niſi ſe offerat paratum ſoluere debitum: ⁊ ſic poſſet intelligi vna opi. hic poſita. Quãdoqꝫ interponitur: ſecundum decre. per quod res adiudicatur in ſolutuꝫ ⁊ terminus ſtatuitur. ſ. quem audiri debeat volens recuperare: alꝰ non audiatur: nec de ꝓprietate: nec de poſſeſſione: ⁊ tunc terminus excludit a toto. ff. de accu. l. titia. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. ⁊ patet in. l. diffamari. C. de inge. ma. ꝯ. de offi. or. conquerente cum ſi. ⁊ hoc tenet Bar. in dicto. §. ſi plures quandoqꝫ interponitur quod miſſꝰ tantum poſſideat. ⁊ fructus ſuos facit donec reuerſus probet indebitum: ⁊ procedit opi. Jo. ⁊ tenentium quod dicit lucrari fructus: ⁊ quod aggrauetur onere probandi quandoqꝫ fit miſſio ex ſecundo: vt habeat poſſeſſionem reſeruato iure abſentis: vt audiaꝛ niſi hoc probet debitum: ⁊ tunc nõ grauabitur onere probandi debitum: de hoc in ſpe. de ſecundo decre. §. iuxta propoſitionis. in prin. Quãdoqꝫ interponitur ſimpliciter ſecundum decretum ⁊ transfertur vera poſſeſſio: ⁊ tunc habebit actor poſſeſſionis cõmodum donec principale negocium ſit finitum ita quod actor ſi nõ probat debitũ reſtituat rem ſi probet illam teneat donec ſit reſtitutũ debituꝫ: ⁊ ſic procedit opi. tan. ⁊ Hoſt. nec placet opi. Jo. q꞉ ridiga. cum indebitũ nõ poſſit ꝓbari: niſi per confeſſionem partis aduerſe: ad hoc quod no. de reſcrip. nonnulli ⁊. c. ex parte. ⁊ de confeſ. c. i. lib. vi. Nec ob. quod in miſſione probauerit debituꝫ q꞉ illa ꝓbatio ſummaria nõ ſufficit ad releuandum eum a probando in plenaria. Item nec ꝓficit poſſeſſio pignoris. hec vera qñ ſup debito nõ eſt ꝓceſſũ ad diffinitiuã ſentẽtiã q꞉ lis nõ eſt cõte. vel nõ liquet de cã: ſi lis ſit cõte. ⁊ liquet de cã ⁊ ſit ꝓceſſuꝫ ad ſentẽtiã ſup quãtitate ⁊ poſtea ad executionẽ: tunc ſi miſſio eſt facta tñ ex prio iure facta cõdẽnatiõe in quãtitate: ⁊ auditur adhuc ſemp ante iterpoſitũ decretũ ſcḋꝫ vt dicit ibi Ja. bu. in. l. cõſentaneũ. C. quõ ⁊ qñ iudex. Aduerte tñ: ſcḋꝫ Barto. ibi ꝙ lꝫ qñ eſt facta miſſio ante ſentẽtiã audiꝛ offerẽs cautionẽ ⁊ expẽſas: quia miſſio eſt facta: q꞉ nõ defendit: hoc tñ caſu qñ ſit poſt ſentẽtiã: q꞉ ſit ideo: q꞉ nõ ſoluit vt purget cõtumaciã nõ audiꝛ niſi ſoluat vt oppoſito ſuo cõtumaciã purget: vt eſt caſus in. l. ſi pecunie. ff. vt in poſ. le. ad hoc. ſ. de ver. ſig. ex pte: ⁊ tũc nõ audiꝛ etiã volẽs ꝓbare idebitũ q꞉ obſtat ſentẽtia. Sꝫ ſi eſt lata ſententia ꝯdẽnatoria ſup aliq̃ ſpecie: ſi miſſio eſt facta in alia ꝙ i illa ſpecie. Idem qḋ. ſ. Si vo miſſio eſſet facta in illa ſpecie: tũc nõ poſſet recupare poſſeſſionẽ vel ꝓprietatẽ niſi faceret reſcindi ſentẽtiã: ⁊ aliqḋ haberet remediũ ꝯ illã: vt reſtitutiõis: ſcḋm formã. l. ſi. de in ite. reſti. ⁊ qḋ no. ſ. de ꝓcurato. querelam ſcḋꝫ Bar. ⁊ butri. Sꝫ quõ ergo hoc tenẽdo adaptabiꝛ hoc ad litere intellectũ breuiꝛ duꝫ lra dicit audiꝛ vł nõ ſcḋm diſtinctiõeꝫ ſuperiꝰ annotatã. ſ. q꞉. ſ. annũ audieꝛ ſola pſtita cautiõe: poſt ãnũ aũt dicũt qḋ expectare dꝫ ante iterpoſitiõeꝫ ſecũdi decre. nõ audieꝛ niſi ſcḋm formã ſcḋi decreti iterpoſiti. ⁊ ſcḋꝫ hoc deciſuꝫ eſt ſcḋꝫ canõiſtas dubiũ. ſ. quãtũ tẽpꝰ expecteꝛ ad iterpoſitiõeꝫ ſecũdi decreti: de quo diſputãt legiſte in auct. ei q. C. de bo. auc. iu. poſ. ⁊ cõcludit arbitrariuꝫ eſſe Bar. bu. Cy. ⁊ alij: quas opi. hic recitãt Jo. an. ⁊ pleniꝰ ſpe. i ti. de ſcḋo decre. §. iuxta ꝓpoſitiõis in ꝓn. vbi tꝫ p hũc. §. ⁊ p. l. ſi qs emptiõis. §. ſi. ⁊ p. §. qḋ ſi ſup expectari: ſcḋꝫ cano. vſqꝫ ad annũ: ⁊ vt nõ deſit qḋ ſcribit hic Jo. an. dicit qḋ aliq dicũt qḋ de anno: alij: de biennio: alij de duobꝰ mẽſibꝰ: alij de q̃tuor vt ibi no. ⁊ remittit Inno. ⁊ ſpe. vbi. ſ. aliquos dixiſſe qḋ expectari dꝫ tm̃ tẽpus qḋ viſus ſit is cõtra quẽ eſt facta miſſio rem habere ꝓ derelicta. tꝫ tñ Inno. in. d. c. dilecto. ſ. de vo. ſi. ⁊ ſpe. vbi. ſ. qḋ expectari debeat annꝰ p hũc tex. ⁊ p dictã. l. ſi qs emptiõis. i ſi. lꝫ iuriſte dicãt hoc arbitrariũ: ſꝫ Jo. an. nec ob. C. i qui. cau. in ite. reſti. nõ eſt nece. l. ſancimꝰ: quia loquitur in preſcriptionibus extraiudicialibus nõ in iudicialibus: vt patet de in inte. reſti. ꝯſtitutus: ſcḋm Jo. puto tamẽ de iure canonico iudicẽ maxime ordinarium poſſe ex cauſa tempus moderari: ⁊ ſic ſaluatur opi. legiſtarũ. l. ij. ff. de re iudi. ſed in caſibus in quibus dixi de ꝓprietate audiri eſt dubiũ: an audiatur poſt. xxx. an. Jo. an. hic in concluſione dicit perpetuo audiri: per qḋ videꝛ non tenere opi. qḋ preſcribatur iuri offerendi. gloſ. ⁊ Cy. tangit in. l. cum notiſſimi. §. illud de preſcrip. xxx. an. vbi Pe. poſt alios. ⁊ Cy. cõcludũt qḋ quoddam ius offerẽdi qḋ ius eſt formatũ cõpetens primo creditori contra ſcḋm: vel econtra: ⁊ huic preſcribiꝛ: q꞉ preſcriptiones ſunt inuẽte ad tollẽdum ius formatum: agendi vel excipiendi: et ſic loquitur dictus. §. illud. Quoddã eſt ius offerẽdi nõ formale ius qḋ cõpetit per moduꝫ cuiuſdã facultatis: vt offerre debitũ: ⁊ liberare pignus: ⁊ tali non preſcribitur: ſicut nec iuri agendi: per viam publicã. ff. de via pub. l. viaꝫ publicã ad hoc: q꞉ preſcribere iuri offerendi eſt preſcribere meruꝫ factum: ⁊ contra merũ factũ nõ preſcribitur. In contrariũ alleg. Bu. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. vbi iuri offerendi pretiũ ad recuperandũ ſeruũ ab hoſtibus redemptũ preſcribatur. Unde dicit ꝙ quoddã eſt merũ factũ quo mediante nulla eſt actio naſcitura: ⁊ huic preſcribi nõ põt. Quoddã eſt factũ mediante quo eſt actio naſcitura ⁊ huic preſcribitur: vt ſit potius natiuitati actionis preſcribaꝛ ꝙ facto: ſic preſcribitur officio iudicis: quo mediãte reſtituiꝛ actio vtilis in inte. reſtitutione: qḋ eſt merũ factũ. l. quintus mutius. §. Idẽ põponius. ff. de an. le. per qḋ in noſtro ꝓpoſito remanet qḋ iuri offerẽdi non preſcribaꝛ: q꞉ nulla actio oriri dꝫ. Bar. tenet qḋ nõ preſcribatur tali iuri offerendi in dicta. l. cum notiſſimi. §. ſed illud. per illã viã ⁊ idem dicit in. l. pignori. ff. de vſuca. q꞉ iuri implendi conditionẽ poteſtatiuã ad ius acquirendũ non preſcribiꝛ: vt. l. ſuus quoqꝫ. ff. de here. inſti. ⁊. l. ſi. ff. de condi. inſti. ¶ Ad cõtraria reſpõdit: qḋ qñqꝫ ius offerendi eſt ſequela actionis iam nate: et preſcribiꝛ: ſic põt intelligi l. hoc iure. §. ſi. ff. et qui. cau. in poſ. ea. de dam. infec. l. hoc iure. §. ſi. et l. in bello. §. ſi quis ſcḋm Guil. de cun. in. l. ſi rem. ff. de pignora. actio. ⁊. l. ſi finita. §. poſtea aũt. de dam. infec. Ideo ſcḋs creditor nõ offert primo: vt. l. cum notiſſimi. §. eodẽ iure: quãdoqꝫ eſt preambulũ actionis naſciture: ⁊ non preſcribitur: quandoqꝫ eſt ſequela actionis ⁊ nõ preſcribitur. l. paulus. §. i. ff. qui. mod. pig. vel ypo. ſol. nã ſi poſſideo pignus habeo ius offerendi: ad conſeruandã retentionẽ rei ſemper poſſum offerre: ad hoc. l. pure. ff. de doli excep. hec ſunt vera quando non preſcribitur res: ſed agitur de directa preſcriptione iuris offerẽdi. Si aũt res preſcribitur indirecte bene tollitur: ⁊ ius offerendi. vt l. in bello. §. ſeruũ. ff. de capti. vel ibi eſt ſubrogatũ loco iuris formati ſ. loco antiqui dominij: ideo preſcribitur vt. c. i. de preſcrip. Ex quibus concluditur ꝙ iuri offerendi ad vendicandum ius vel pretoriũ vel cõuentionale nõ preſcribitur: ⁊ maxime hoc verũ de iure canonico: q꞉ ex quo ſcit rem alterius eſſe: ⁊ hoc ius cõpetere cõtra illud: non eſt in bona fide: de preſcrip. c. ſi. ⁊ hoc etiã tenet Guil. de cun. in. d. l. ſi rem: et hoc tenendum eſt: quicquid ſentiat glo. hic ⁊ in. d. §. ſed illud et in. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. actio.

¶ De iuramento calumnie. Rubrica.

¶ Qua actione in iudicium edita: ⁊ lit. conte. ſuccedit ex ordine iuramentum calumnie: ideo ⁊c. Repetitur in Sexto.

1 ☞ Iuramentuꝫ calumnie põt alteri cõmittere clericus etiam in cauſa eccleſie ſue.
2 Queſtionũ grauiũ determinatio ſpectat ad Papam maxime quãdo tangunt clericos ipſe materie.
3 Queſtio vel cauſa grauis que ſit.
4 A iuramẽtis debẽt clerici oĩno abſtinere niſi cauſa ſubſiſtat.
5 Iuramentũ calumnie preſtare debent principales pſone ⁊ non alie.
6 Iuramentũ calumnie preſtari debet in litis exordio ⁊ quomodo fiat ſeu preſtari debeat. nu. 19.
7 Lex generalis et ſpecialis diſponens aliquid circa ſpeciẽ in genere comprehẽſam vbi ad idẽ cõcurrũt ſpecialis derogat generali vbi in ſpeciali diſpoſitũ repugnat diſpoſitioni generali.
8 Lex ciuilis diſponẽs aliquid in materiã canonicam recipit declarationem legis canonice.
9 Cõſtitutio eo qḋ dirigaꝛ quo ad vba ad locũ certũ ⁊ de loco certo loquaꝛ ſi materia eſt cõis nõ reſtringiꝛ ad locũ imo gñaliter itelligiꝛ.
10 In legũ dubijs etiã ſi reperiaꝛ facta interpretatio iperatoris ad illa ex quo iuſta in ſubſidiũ recurritur ad Papam fallit vbi appareret alia determinatio legum.
11 Lex duplex eſt et quomodo appellatione legis diuine venit canonica ⁊ an lex humana ſit canonica.
12 In ſtatutis ⁊ cõſtitutionibus ponderanda eſt potius intentio conſtituentiũ ꝙ verba.
13 Monachus nõ cõprehenditur appellatione clericorum.
14 Epiſcopatus eſt ordo.
15 Iuramentuꝫ calũnie quomodo preſtatur in cauſa criminali. nu. 25.
16 Iuramentũ calũnie nõ ꝯpellitur pſtare clericus in cauſis imo ⁊ iurare impediꝛ qñ hoc vellet ſine cauſa prelato incõſulto. nu. 18.
17 Iurare an poſſit eps inconſulto Papa vel clericus inconſulto ſuo prelato. nume. ſeq. et. nu. 30.
20 Iuramentum calumnie quod poſſit clericus committere: ad quas perſonas

perſonas trahatur dictum priuilegium.
21 Clerico volenti iurare aut teſtimonium ferre cũ iuramento poteſt quilibet prelatus etiam inferioꝛ epiſcopo dare licentiam.
22 Eccleſia gremium non claudit penitenti quo ad penã ſpiritualem ſed habet quo ad penam tempoꝛalem.
23 Iuramentum calumnie que in ſe compꝛehendat.
24 In conſequentiam non trahuntur que ſunt iure ſpirituali conceſſa ſecus ſi iure communi concedantur:
25 Tranſigendo ſuper delicto in quo tranſigens delictum cõfiteatur Calumniari non habet alicui vt redimat etiam propꝛiũ ſanguineꝫ
26 Iurare de calumnia in quibus arctatur ipſe clericus et quomodo in cauſa eccleſie poteſt iurare vel committere etiam ſine mandato et quando in cauſa criminali iuret nu.ſeq.
27 Teſtificari coꝛam iudice ſeculari non poteſt clericus ſine licentia pꝛelati nu.29.
28 Clericus quando poſſit iurare ſine licentia ſui pꝛelati et agere corã ſeculari.
29 Iurare an compellatur clericus dato quod poſſit iurare etiam ſine pꝛelati licentia et quando poſſit per alium iurare ſi velit.
30 Teſtimonium iuratum factum per clericum etiam ſine licentia ſui pꝛelati tenet.

1 Inherentes. †Clericus etiã in cauſa eccleſie ſue etiam iuramẽtũ
calum. poteſt alteri committere hoc dicit. Pꝛio premittit quod dubia determinare ſpectat ad papam.
Secundo ponit dubium procedens ex cõtrarietate
duarũ legũ. ibi: legibus. Tertio illud diffinit: ibi vt
ergo. Quarto moderatur: ibi verum. Quinto cõminatur: ibi oĩbꝰ
2 autem. ¶ †Nota pꝛimo: quod determinatio grauium queſtionum
3 ſpectat ad papam: ⁊ maxime: quando materia tangit clericos. †⁊
no. quod grauis dicitur cauſa propter intricationem. opi. ad hoc:
4 qui fi. ſint legi. per vnerabilẽ. vide no. de pcurato. querelã. ¶ †No.
clericos omnino abſtinere debere a iuramentis: quod eſt intelligen
5 dum: niſi cauſa ſubſiſtat. de iureiuran. ⁊ ſi chꝛiſtus. ¶ †Nota. quod
6 principales pſone debent preſtare iuramentũ calũ. ⁊ non alie: †Et
7 no. quãdo debẽt preſtare: quia in ipſo litis exoꝛdio. ¶ †No. quod
vbi ad idem concurrũt lex generalis ⁊. lex. ſpecialis diſponens aliquid circa ſpeciem in genere cõpꝛehenſaꝫ ſpecialis derogat genera
li: vbi in ſpeciali diſpoſitũ: repugnat diſpoſitiõi in generali de quo
8 per Bar. in. l. i. §. i. ff. de ope. no. nũ. l. i. §. dixerit. ff. de publ. ¶ †No.
quod lex ciuilis diſponẽs in materiã canonicam recipit declaratio
9 nẽ. legis canonice. ¶ †No. qꝺ eo qꝺ ꝯſtitutio dirigat quo ad verba
ad locũ certũ ⁊ de loco certo loquatur: ſi materia eſt cõis nõ reſtringatur ad locũ. immo generalis itelligit: vt ſic interpꝛetet ſcꝺꝫ natu
10 ram ſubiecte materie. ¶ †No. qꝺ in dubijs legũ ſi reperiat iterpꝛetatio iperatoꝛis ad illã: ex quo iuſta: eſt recurrẽdũ in ſubſidiũ ad pa
pam. ⁊ ſic qꝺ dicit ad papã ſpectare determinationes ſurgentes ex
dubijs legũ: eſt ver. niſi alia appareat determinatio legũ ad quam
11 antea eſt recurrẽduꝫ: vt plene dixi in. c. licet. ꝫ. de fo. cõpe. ¶ †No.
duplicẽ legẽ diuinã ⁊ humanã: ⁊ appellatiõe diuine cõpꝛehẽditur
canonica. vnde dicit Hoſti. certum eſſe qꝺ lex canonica nõ eſt huma
na: de tranſla. pꝛela. c. ij. ⁊. iij. Eſt ergo diuina: ⁊ cõpꝛehẽdit ſub theo
logia: de teſta. l. filius. ⁊ remittit. ꝫ. de eta. ⁊ qua. cuꝫ ſit. Sꝫ dicit Jo.
an. quicqd dicat negari nõ põt. legẽ humanã eſſe canonicã ⁊ poſitiuaꝫ vnde exponit diuine. i. canonice: ad hoc. j. di. humanuꝫ genus.
12 ¶ †No. in cõſtitutionibꝰ plus ponderandã intentiõeꝫ ꝙ verba: vt
ſi materia eſt vniuerſalis: licet localiter loquat: nõ localiter: ſꝫ vni
13 uerſaliter intelligat. ¶ †No. appelatione clericoꝛuꝫ nõ cõpꝛehẽdi
14 monachos nec ecõuerſo. ¶ †Et no. ar. qꝺ epatꝰ nõ ẽ oꝛdo. ¶ †No.
15 qꝺ in cauſa criminali pſtat iuramẽtũ calũ. ¶ No. pncipalẽ intẽtũ. c.
16 † qꝺ clericꝰ nõ cõpellit in cauſis pſtare iuramẽtũ calũ. ſꝫ põt officiũ
17 hoc alteri delegare: põt ergo ſi vult ſꝫ nõ cõpellit. ¶ †No. qꝺ incõ
ſulto papa eps nõ iurat: nec clericꝰ icõſulto plato ſuo. ¶ Ultio no.
18 penã. ¶ †Opp. i. qꝺ hec nõ ſit bona cõcoꝛdia: ⁊ qꝺ tex. ſibi cõtradicat nã ſi attẽdit cõſtitutio diui marci: illa ex toto clericis phibet iu
ramẽtũ: ſic faciũt etiã canones hic recitati. in fi. autẽ dicit: qꝺ nõ cõ
pellunt: p qꝺ eis permittere videt ſi velit: igit litera ꝯdicit. Dic qꝺ
intẽtio eſt litere: inquãtũ phibent pſtare iuramẽtũ: oĩo illa regula
intelligit ⁊ interptat: quãdo vellent iurare ſine cauſa. de iureiuran.
⁊ ſi xpus. Intelligit etiã: quando vellent iurare incõſulto ſuo plato
vt in fi. vbi autẽ habeãt licentiam ſui pꝛelati tacitã vel expſſaꝫ: ⁊ ſub
ſit cauſa que ſubeſſe dicit eo qꝺ litigant: poſſunt p ſe pſtare iuramen
tuꝫ ca. ſi volũt: ⁊ per hoc eſt reſpõſuꝫ ad. q. que eſt an clerici iuramẽ
tuꝫ preſtare debeant ſubaudi ex neceſſitate: vel poſſint ſubaudi ex
19 volũtate ſi velint. ¶ †Quero. qñ pſtat hoc iuramẽtuꝫ. dic qꝺ i exoꝛ
dio lit. i. i ipa lite cõte. vel iminente poſt lit. cont. j. eo. cum cauſam
ſimiliter. lxxv. di. qꝺ a patribꝰ: ⁊ ſic tunc iuratũ nõ fuit. dic vt. j. c. j. li.
vj. Et iurat pꝛimo actoꝛ. Secundo reus in exceptionibus: ſcꝺꝫ pe.
⁊ ab. ad hoc quod no. in glo. ij. j. de pꝛoba. ex literis. ſi tamen preſtet
ante lit. conte. ex hoc nõ vitiatur pꝛeſtatio: vt no. Cy. in. l. ij. C. de iu
ra. calũ. in pꝛin. in. vij. q. dũtamen preſtetur generaliter ſuper tota
cauſa: quia iura que dicũt: qꝺ debet iurari poſt lit. conte. pꝛocedũt
vt inuita pars nõ cogatur ante iurare. poteſt tamen ſi vult ante iu
rare: ⁊ valet. Item ⁊ ſuper emegentibus poterit cogi vt iuret ante
20 lit. conte. vt ibi no. in. iij. q. †Secundo per hãc decre. dicunt. doc. ꝙ
non ſolum clerici: ſed religioſi: ⁊ ſanctimoniales: ⁊ queuis alia perſona eccĩaſtica: adminiſtrationẽ habens: ⁊ nomine ipſius in iudi
cio comparens: in quacunqꝫ cauſa pꝛincipali: vel appellatiõis: hñt
hoc priuilegium. j. e. c. ij. li. vj. per quam terminatur quod hic nota
bant. doc. an pcuratoꝛ ſubꝛogatus poſt lit. conte. debeat de calum
21 nia iurare. ¶ †Quero an ſolus epiſcopus dabit licentiam: an quilibet inferioꝛ pꝛelatus: Inno. dicit qꝺ quilibet pꝛelatus etiaꝫ infe
22 rioꝛ: vt litera innuit. idem Pe. ¶ †Op. qꝺ eccleſia nõ claudat gremiũ penitenti. de here. vergentis. So. dic quod eccleſia nõ claudit
gremium penitenti quo ad penam ſpiritualeꝫ: ſed quo ad tẽpoꝛa
leꝫ bene: vt hic. ad pꝛimuꝫ. l. di. ferrum: ſecunduꝫ Goff. erit autẽ hec
23 pena arbitraria iudici. ſecũdũ Pe. de offi. dele. de cauſis. ¶ †Quero que ꝯpꝛehẽdant in iuramẽto calũ. gl. ponit illa: ⁊ eſt clara ⁊ i fine
verſus ponit modũ pſtãdi iuramẽtũ calũ. iudeo: vide etiã ſpe. e. ti.
§. reſtat ver. ſꝫ pone. ad fi. §. vbi ponũtur multa iuramẽta iudeoꝛũ.
foꝛmam ponit Specu. e. titu. §. nunc dicamus. in pꝛin. vbi cõſuluit
quod admittatur pars de dilationibus fruſtratoꝛijs: alias nunquã
vel raro eſſet quin litigantes eſſent periuri: ⁊ dicit Cynus. in. d. l. ij.
C. e. in pꝛinci. in. ix. q. qꝺ iurabitur de pꝛeſenti ⁊ futura. de preterita
autem non eſt iurandũ: q2 facta non poſſunt haberi pꝛo infectis. l.
in bello. §. facte. ff. de capti. nõ ob. qꝺ tex. dicat iuſte monuiſſe. quia
debet exponi monuiſſe. i. monere. ff. fami. hercíſ. inter coheredes
§. familie nõ placet huĩ. imo debebit iurare ⁊ habebit effectũ q2 videns ſe falſũ iurare deſiſtet a iuramẽto: ⁊ cadet a cã. Itẽ a pncipio nõ
calũniabat ſciẽs ꝙ hꝫ hoc iurare: p q̃ cõcludit qꝺ calũnie iuramẽtũ
excuſabit ab expẽſis i pteritis: ⁊ hoc dicit i pn. §. obſeruari: dic qꝺ ñ
excuſat vt malicijs obuietur. Itẽ gñaliter eſt iurandum non in ſingulis capitulis: quod dicit verum Butri. quo ad articulos qui ex
pediuntur poſt lit. conteſtationẽ non quo ad illos qui expediũtur
24 ante. vt ipſe. no. in auct. hoc ſacramentum. ¶ †Oppo. qꝺ de vno
dicit nõ trahit ad cõſequentiã. v. di. ad eiꝰ vero. Sol. qꝺ vni de iure
cõi cõcedit: trahit ad cõſequẽtiã. v. di. ad eiꝰ vero. qꝺ vero per priuilegiũ alicui concedit nõ trahit ad ꝯſequẽtiã. xvi. q. ij. nõ exemplo. de
25 priuile. ſane. cũ ſi. de quo ibi: ⁊ in. d. c. ad eius no. ¶ †Oppo. ꝙ in cri
minali nõ iuretur de calũ. inſti. de pub. iud. in pꝛin. vbi ptꝫ qꝺ ma
gna eſt diuerſitas in iſtituẽdis iudicijs criminalibus ⁊ ciuilibꝰ. So.
q2 licet in criminali tranſigere: ergo non licet de calũnia iurare videtur enĩ hec incõpaſſibilia: q2 traſigẽdo fateri videt ſe deliquiſſe vt. l.
furti. §. i. ff. de his qui not. infa. ⁊. l. qñ: ⁊ iurando negat ſe deliquiſſe
Tertio ob. ff. de his qui. moꝛ. ſibi con. l. i. vbi patet licitũ cuiqꝫ redimere ſanguinẽ ſuũ: ⁊ ſic lꝫ falſa ꝓponere ⁊ allegare ad redimendũ ſan
guinẽ ſuũ: vt. d. l. i. qꝺ opponit iuramẽto calũ. Glo. dicit opi. fuiſſe:
quidã per rationes pdictas dicebãt nõ eſſe iurandũ de calũ. in crimi
nali. Azo. tenuit cõtra per hãc decre. ⁊. per. l. i. que dicit indefinite in
omni cauſa iurãdum. Nõ ob. cõtraria: q2 lꝫ magna ſit differẽtia in in
ſtituẽdis iudicijs ciuilibꝰ ⁊ criminalibꝰ tñ non in omnibꝰ differunt
alias lis non conteſtaret in criminali: nec libellus daretur: qꝺ falſuꝫ
eſt. Ideꝫ ſi qua eſt differẽtia ſolũ eſt in aggrauãdo in oꝛdine plus criminales quã ciuiles: vt ptꝫ. C. de pba. l. ſciãt. Nõ ob. qꝺ lꝫ trãſigere:
q2 hoc nõ excludit iuramentũ calũ. nec ab eo excludit: q2 ꝙuis ſit licitum reo trãſigere: nõ tñ ſequit qꝺ ei liceat falſa inſtãtia: vtinaꝫ idem
eſſet in pecuniaria cauſa. Nec ob. qꝺ fateri videat crimẽ trãſigendo ⁊
litigãdo negat: ⁊ ſic calũniantur: q2 id quo ad infamiã ⁊ illa eſt ficta
confeſſio quo ad illũ effectũ tñ: nõ vera: q2 neceſſario non concludit
tur ex tranſactione: cũ hoc facere poſſit ad vexationẽ redimendam.
Item illud non procedit niſi in criminibus in quibus trãſigere nõ
licet vt videat cõfiteri. vt dicã. j. de collu. detegen. c. j. Nõ ob. qꝺ reo li
citum ſit calũniari: vt qualitercũqꝫ redimat ⁊c. l. j. nõ dicit qꝺ hoc ſit
licitũ: ſed bñ dicit qꝺ ignoſcit ſed quia per hoc dꝫ ſanguinem ſuũ redimere et ꝙ ignoſcitur non eſt ſine culpa. xiij. diſtin. nerui. Uel licet
redimere ſanguinẽ: vt nõ habeatur pꝛo confeſſo: ſed per hoc nõ licet
calũniari. Hãc opi. Azo. tenuit Bul. Joã. Uin. Tan. Gof. Phi. et
Spe. eo. ti. §. ſequit. Non ob. qꝺ ſatis eſt qꝺ puniat ſimilitudine ſup
plicij: q2 illa pena reſpicit finẽ iudicij: hec pꝛincipiũ. ⁊ meliꝰ eſt ante
tempus ⁊c. vt. l. fi. C. in qui. in inte. reſti. nõ eſt ne. Nec ob. ratio q2 de
facili quis pꝛo ſalute coꝛpoꝛis deierabit: q2 ratio ceſſat de iure cano
nico. cum non procedat ad penã ſanguinis: ⁊ per hoc dicunt doc. ꝙ
cautum non eſt tale iuramentũ exigere in foꝛo ciuili: ⁊ ſic dicit Bar.
ſeruari in. d. l. j. C. eo. ti. de conſuetudine. de iure aũt Glo. Cin. But.
et alij tenent. ꝙ iurari debet de cal. ⁊ hoc tenet Pe. ⁊ Abb. ⁊ Hoſti. ⁊
hoc tenẽdũ. Hec vera qñ agitur per viã accuſationis. Si agitur per
viam inquiſitionis collectarius tenet idẽ. Jo. de lig. tenet hoc verũ
ex parte inquiſiti. inquirẽs preſtare non habet: q2 actoꝛ pꝛincipalis
debet iurare: cuiuſmodi nõ eſt hic: ſed fama loco accuſationis eſt di
cit tñ qꝺ ſi iuraret nõ eſſet malũ qꝺ in cauſa iquiſitionis iuret: tenet.
Spe. e. ti. §. ſequit. ver. qd ſi iploꝛat. vbi tãgit an vbi agat officio iu
dicis: ⁊ petunt verba dubia declarari videt qꝺ iuretur de calũnia. ⁊c.

ibi allegat pro ꝛ ꝯtra qꝺ iurari ꝺ3 tñ tenet cõtra qꝺ vbi iudex ex offi
ficio ꝓcedit nõ iuret.eo.ti.§. ſequit.ver.qd ſi cã eſt modica. vbi t3 ẽt
in cauſis modicis iurari niſi officio iudicis agat:ꝛ hoc tenẽdũ ꝛ hoc
26 tenet Pe.ꝛ Abb.¶ Oppo.qꝺ cõpellant clerici iurare.pꝛimo qꝛ in
cauſa criminali nõ poſſunt reſpõdere.ꝛ ꝯſequẽter nec iurare ꝑ ꝓcu⸗
ratoꝛẽ:vt pꝫ.j.ꝺe accu.veniẽs.Itẽ pꝫ qꝛ pꝛincipalis artat ad iurã⸗
dum ꝛ iurat clericus.in aut.pꝛincipales.C.e.j.c.ceterũ.ꝛ pꝫ.j.c.fin.
glo.dicit qꝺ in cã ꝓpꝛia quilibet iurare tenet:etia3 clericus in cauſa
eccleſie.ꝓcedit qꝺ dicit decre.qꝛ ſi volũt poſſunt per alios pſtare hoc
iuramentũ ꝛ tũc procedit qꝺ dicit hic qꝺ nõ cõpellunt:vt.j.c.Impe
ratoꝛis.Hec ſo.nõ placet.Pe.qꝛ hic tractat etiã ꝺe cã clericoꝝ:cum
criminalis ſit ꝓpꝛia nec põt nomine eccleſie intẽtari.fatebatur tñ in
hoc tenere:ſed Abb.cõtradicẽs qꝺ nũq3 eccleſia h3 cãm criminalem.
de ſymo.dilectus.ij.ꝛ.c.veniens.ꝛ.c.de hoc.Iſta nimirum reſtringit
hanc decre.Alij dicũt:qꝺ ſi clericus velit agere per ſe arctatur ad iu⸗
randum de calumnia ſi per aliũ non artatur:quia ſufficit qꝺ procu⸗
ratoꝛ iuret:ꝛ vbi admittitur per ſe iurabit de cõſenſu pꝛelati ſui:ſcꝺ3
iſtam nulla eſſet ſpecialitas in clerico:qꝛ ꝛ quilibet litigãdo per aliũ
põt pꝛeſtare iuramentũ per aliũ:vt patet in.c.ſi.de iura.calũ.lib.vj.
Tertij dicunt quod ſi eſt clericus inferioꝛ epiſcopo poteſt per aliu3
iurare demum cauſa ſubſiſtente quare non agit cauſa3 vt quia neceſ
ſarius eſt in teſtem cauſe vt.j.de teſti. inſuper.ꝛ.c.cum nunci9.Epi⸗
ſcopus autem poteſt ſine capitulo cauſa3 alteri cõmittere ꝛ per aliũ
iurare vt.j.c.ſi.ꝛ hoc ſit ſpeciale pꝛiuilegium epiſcopi.tex.hic pari⸗
ficat epiſcopu3 ꝛ alios quo ad pꝛeſtationem iuramenti. Quarto di
cit.Inno.qꝺ in cauſa etiam eccleſie clericus per aliu3 iurabit abſq3
ſpeciali mandato ꝛ hoc erit pꝛiuilegium clericoꝝ quia poterunt
ſimpliciter cauſam cõmittere ꝛ conſequenter iurare per alium abſq3
ſpeciali mandato. In alijs ſecus quia exigitur ſpeciale mandatu3:
vt.j.de iura.ca.c.ſi.lib.vj. Idem in clerico quando cõmittit cauſam
27 pꝛopꝛiam quia adhuc exigitur ſpeciale mandatum.† Quinta ſol.
ſi clerici litigant coꝛam iudice ſeculari ibi non poſſunt iurare de ca
lum.nec etiã cõpelluntur iurare nec poſſunt ſine autoꝛitate pꝛelati:
vt hic.immo nec teſtificari abſq3 autoꝛitate epi vel pͥlati.xj.q.j.teſti⸗
moniũ.xxij.q.vlti.c.ſi. In cauſis que tractant coꝛã iudice eccleſiaſti⸗
co bene poſſunt ꝛ debẽt iurare de calũnia:ex quo ꝑ ſe litigãt. ¶ Hic
ſunt aliqua videnda.Pꝛimo an clericus poſſit ſi velit iurare de calũ⸗
nia.Scꝺo dato qꝺ poſſit an artetur ad iurandũ. Tertio an poſſit ſi
28 velit per aliũ iurare†.Dic ad pꝛimum:ſi habet autoꝛitatem iuran⸗
di a iure:põt iurare non expectata alia licentia. Ideo ſi vult pꝛeſta⸗
re iuramẽtu3 purgationis:qꝛ in hoc h3 poteſtatẽ a iure:imo neceſſe
h3 iurare. Ide3 ſi ſit ꝯpurgatoꝛ.de pur.can.per totũ.ꝛ.ij.q.v.ꝑ totũ
Item ad firmandũ cõtractũ in cõtractibus põt iurare abſq3 alia li⸗
centia:qꝛ licentiatus eſt a iure ꝛ ideo põt in talibus iurare ſine alia
licentia.Secus in iuramẽto calum.vel alio veritatis:qꝺ nõ põt pꝛe⸗
ſtare coꝛam laico:vt.j.dicetur:qꝛ in iudicio ſepe quis ab aduerſario
incitatur vt falſum dicat:ꝛ ideo cum maioꝛi deliberatione ꝛ tardita
te permittitur:ꝛ ne ſecularia iudicia aſſueſcãt clerici. In quibus nõ
poſſunt aliquatenus cõueniri.xj.q.j.cõtinua.ꝛ.c.nullus:ſed in cõtra
ctibus vbi ſola libera volũtate hoc facilius permittit:ſm Innocẽ.
Eſt etiã alia ratio.ſm Hoſti.ne impediant vel differant per hoc vti
litates eccleſiarũ quib9 expedit vt ꝯtrahere poſſint.ar.ne cle.vel mo.
c.j.ver.negotiũ.C.de apoſta.hi qui ſenectã. Ideo hodie epi vt a iu⸗
re licentiati.pꝛeſtãt etiã iuramentũ calũ.Si nõ ſunt a iure licentiati
nec a pꝛelato tacite vel expꝛeſſe nõ poſſunt iurare vt in iuribus hic
alle.ꝛ ſic debẽt intelligi canones hic alle. Ideo iuramenta calũ.non
poſſunt pꝛeſtare:ex quo non ſunt a iure licentiati:nec tacite:nec ex⸗
pꝛeſſe a pꝛelatis ſuis:ſi habent licentia3 pꝛelatoꝝ iurant de calũnia
et alias ſpecies iuramẽti pꝛeſtant dũmodo neceſſitas immineat:de
iureiuran.ꝛ ſi xps.Per hoc cõcludit ſm quoſda3 qꝺ coꝛam ſeculari
nõ poſſunt litigando iurare:qꝛ non ſunt in hoc licentiati a iure:nec
habent ſpecificã licentiã iurandi. Item per hoc infert Inno.qꝺ co⸗
ram iudice eccleſiaſtico oꝛdinario:vel delegato:abſq3 alia licentia li
tigare põt ꝛ iurare:qꝛ iurando coꝛam eo:intelligitur eius autoꝛita⸗
te facere:ꝛ quilibet qui poteſt iudicare eoipſo eſt ſuper quo ad auto
ritatem pꝛeſtanda iuramẽto etiam actoꝛe exiſtente de alterius iuriſ
ditione.xxj.di.inferioꝛ:ſm Innocen.ad qꝺ de iudi. indignum.li.vj.
Per hoc dic: quicquid ſupꝛadixerit: qꝺ ſi ſit cauſa ꝓpꝛia clerici:vel
eccleſie:cuius ſit adminiſtratoꝛ:poteſt verum reum conuenire coꝛa3
iudice ſeculari.de foꝛo competen.cum ſit.de iudi.cum deputati. Et
ex quo habet a iure hanc poteſtatem per conſequens coꝛam eo face
re poterit ea ſine quibus negotium non poterit expediri.ar. coꝝ
que habentur de offi.delega.pꝛeterea:et ſic poteſt de calumnia iura⸗
re:alias incurreret penas de quibus.j.c.ſi.ſm Hoſtien.hoc non pla⸗
cet:alias eſufflata eſt hec decre.inquãtum exigit autoꝛitatem pꝛela⸗
ti:vel enim non poterit litigare:ꝛ tũc non eſt queſtio de iuramento
pꝛeſtando:vel poterit et ſemper poterit pꝛeſtare iuramentu3.Unde
pondero: quod litera hic non exigit licentiam iudicis: ſed pꝛelati.
Ideo de iure puto:quod vbicunq3 litigat:vel coꝛa3 delegato.vel co⸗
ram oꝛdinario:alias non ſuo:quod exigatur licentia ipſius pꝛelati:
alias non poſſit iurare.fateoꝛ tamẽ quod ſi in aliqua cauſa ſpecifice
a pꝛelato haberet mãdatu3 agẽdi qꝺ ſatis tunc poſſet iurare: ꝛ hec
ſufficiant quo ad hoc:ſeruat tamẽ qꝺ iurãt abſq3 pꝛelati auctoꝛita⸗
te.Ulterius:ex hoc inferunt Innocẽ.ꝛ Hoſti.qꝺ ſi cleric9 vult agere
cauſa3 nõ pꝛopꝛiã nec eccleſie:ſ3 tertij qꝛ cleric9 nõ poteſt eſſe ꝓcura
toꝛ alteri9 ſine licentia ſui pͥlati.ar.ne cle.vel mo.c.ij.ex quo licẽtia3
habet a pꝛelato qꝺ ſit ꝓcuratoꝛ:cõſequenter habet vt iuret:qꝛ hoc ſi
ne illo facere nõ põt.ar.dicte decre.pꝛeterea.Idẽ dicebat Hoſtien.
eadẽ ratiõe.quãdo de conſenſu dioceſani litigat cleric9 cõuentus co
ra3 nõ ſuo iudice:qꝛ nõ poteſt aliter in nõ ſuu3 iudicem conſentire.
de fo.cõpe.ſignificaſti. Unde cõſequẽter videtur data licentia agẽ⸗
29 di cauſam. ꝛ hec ſufficiãt de pꝛimo.† Si queritur an iurare cõpella
tur.dic ſi cauſa eſt ꝓpꝛia ſi eligit litigare per ſe:cõpellit iurare:vt in
auct.pꝛincipales.ꝛ.j.e.ceterũ.Si eligit litigare per aliũ põt dũmo⸗
do ille habet ſpeciale mandatũ ad iurandu3 in animã conſtituẽtis
ꝛ foꝛte qꝺ de iure in hoc exigitur licẽtia pꝛelati:cũ ide3 ſit ac ſi per ſe
iuret:tñ hoc nõ ſeruatur qꝛ cauſa vna eſt quare non ꝯpellit qꝛ erroꝛ
quidã videtur videre iurare clericũ.Si cauſa eſt eccleſie ſi eligat liti⸗
gare per ꝓcuratoꝛẽ vel ſindicũ ſpecialem:poteſt hoc facere ꝛ eode3
modo opoꝛtet:qꝺ ille habeat ſpeciale mãdatũ:qꝛ quo ad hoc equi⸗
paratur ꝓcuratoꝛi vt no.j.c.in ꝑtractãdis.Inno.tñ hic dicit : ꝛ hoc
plus de iure placet qꝺ tunc iurabit ꝓcuratoꝛ. per hãc decre.ꝛ i hoc
erit ſpeciale in clerico.Si eligat litigare per ſindicu3 generaliter ad
cauſas cõſtitutũ:qui habet poteſtatẽ a iure iurãdi de calũ.ꝛ hoc po⸗
teſt:nec exigit aliud ſpeciale mandatũ vt.j.e.cauſa3.ꝛ.c. ceteru3.ꝛ.c.
imperatoꝝ.ꝛ qꝺ ibi.no. adeo:qꝺ ſi vellet qꝺ pſona clerici repꝛeſen⸗
taretur:vt legalioꝛ ꝛc.nõ cõpellitur ꝑ ſe iurare vbi elegerit per aliũ
nõ omnino ignoꝛatum:nec omnino cõſciẽtia defectuũ:vt.j.c.in per
tractãdis.per hoc ceſſat ſecundũ cõtrarium. ¶ Ad pꝛimũ:qꝺ in cri
minali nõ cõſtituat procuratoꝛẽ intellige hoc qñ cauſa eſt talis in q̃
poteſt ꝯſtitui ꝓcuratoꝛ:vel qꝛ agitur ciuiliter:vel aliter.de ꝓcurato.
tue.Uel intellige:quod põt in criminali cõſtitui ꝓcuratoꝛ: ad certũ
articulum tractãdũ:vt iurãdu3 de calumnia:de quo dicã.j.de accu.
veniẽs.ſpe.e.ti.§.reſtat.ver.quid ſi pꝛelat9.qꝺ ſi pꝛelat9 eligit litiga⸗
re ꝑ ſe:nõ põt cõmittere articulũ ſolũ iuramẽti de calũ.niſi cauſe pſe
cutio cõmittat.alt.j.e.in ꝑtractãdis in ſi.ꝛ.c.ſe.ibi q pro eis petere ꝛ
exigere ꝛc.ꝛ.c.ſi.in pꝛin.ibi elegeris litigare:ver.qd ſi.ꝛ ſic dicit debe
re intelligi hoc.c.licet quidã dixerũt poſſe delegare articulum iura⸗
mẽti alias poſſet alicui cõmittere cauſa3 ignoꝛãti:cõtra.c.in pertra
30 ctãdis.j.e.¶ † Oppo.qꝺ abſq3 papa iuret epũs vt.j.c.ſi.qꝛ hoc diffi⸗
cile videt:qꝺ ſemper habeat recurrere ad papã Sol.dicit glo.qꝺ cle
rici habent requirere auctoꝛitate3 pꝛelati qua3 de facili habere pñt:
licet hoc male ſeruet vt requirãt:dato tamẽ qꝺ nõ requirant iudiciũ
tenet ſecũdu3 glo.qꝺ no.ſ3 epiſcop9 nõ requirit:qꝛ difficile eſſet ſem
per requirere papã. Unde dicit tan.qꝺ hoc ſeruari poſſet in clericis
vicinis curie. Alij intelligunt de epiſcopis exemptis inquantu3
exigit licentiam pape:alias dicit ſufficere licentiam pꝛelati vt ar⸗
chiepiſcopi:ſecundum Hoſtienſem qui dicit hoc intelligendum in
quolibet iuramento:nedum in iuramento calumnie:ſ3 dicit quod
hodie papa dat licentiã oĩbus epiſcopis.per.c.ſi.j.eo.ti.quedã que
ponit hic. Joan.de ligna . de materia iuramenti calum . ponam.j.
eo.capitulo.ſi. Antonius de Butrio.
1 ☞ Iurari non debet de calumnia in cauſis ſpiritualibus.
2 Decime ſunt quid ſpirituale.
3 Iurari poteſt de calũnia in cauſis ſpiritualibus qñ agitur mixtim
ſuper re ſpirituali ꝛ tempoꝛali.
4 In cauſis ſpiritualibus et tẽpoꝛalibus dum tñ ſint eccleſiaſtice nõ
procedit ſcꝺm rigoꝛẽ iuris ciuilis:ſed ſcꝺ3 tramitẽ eqtatis canonice.
5 Clauſula procedas ſcꝺm veritatẽ ꝛ equitatẽ quid impoꝛtet.
6 Superflue intentioni non debet inſiſti:ſed illa obmiſſa ad vlterio⸗
ra eſt procedendum.
1 LIteras. ¶ † In ſpiritualibus cauſis de calum.
non iurat. Pꝛimo ponit ius. Secundo
infert. ¶ Not. regulam qꝺ iure iſto in ſpiritualib9 cau⸗
2 ſis non iuratur de calumnia. ¶ † No.ſecũdo quod eccle⸗
3 ſie:ꝛ decime ſunt quid ſpirituale. ¶ † No.ar.qꝺ ſi agatur de re ſpiri⸗
tuali ꝛ tpali mixti3 iuratur de calum . vt patet ex taxatiua tantum.
4 ¶ † No.in cauſis ſpiritualib9 nõ ꝓcedẽdũ: ſcꝺm rigoꝛẽ:maxie iu⸗
ris ciuilis:ſed ſcꝺ3 tramitẽ eqtatis canonice:ꝛ ſic in cauſis ſpũalib9
5 nõ iudicat: ſcꝺ3 leges. ¶ † No.qd ipoꝛtẽt hec verba:ꝓcedas ſcꝺm
veritatẽ ꝛ eqtatẽ:qꝛ ex his excludũtur ſolẽnitates rigoꝛoſe iuris po
ſitiui. Uide in cle.ſepe.de ver.ſig . immo plus impoꝛtãt quam iſta:
ſummarie de plano ſine ſtrepitu ꝛ figura iudicij:quia iſta non exclu
6 dunt iuramentu3 calumnie.vt in cle.ſi.de ver.ſigni.hic ſic. ¶ † No.
non inſiſtendum contentioni ſuperflue: ſed illa obmiſſa ad vlterio⸗
ra procedendu3.Et eſt argu. quod per ꝓceſſum ad vlterioꝛa in cau⸗
ſa tacite procedens videatur ſuper exceptionibus pronunciare.
¶ Quid de cauſis eccleſiaſticis non ſpiritualibus : dic quod ꝛ ille
non ſecundum leges ſed canones terminande ſunt de conſtitu.c.j.ꝛ
c.ne innitaris. ¶ Que eſt ratio quare nõ iuratur in talibus de cal.
dic quod tanta eſt in illis equitas quod non pſumitur aliquẽ calũ⸗
niari: ſicut magis pſumitur pro ſpiritualibus viris : ſecundũ Ho.
qui remit⸗

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

qui remittit ad ſummam eo.ti.§.in quibus.ver.que eſt ratio Hoſti.
dicit:ꝙ ratio eſt:qꝛ ſpiritualia ſunt cõmunia:⁊ que cõmuniter poſſi
dẽtur cõmuniter negligi ſolẽt.C.quãdo ⁊ qui.quar.pars.de le.j.li.x.
Item qꝛ in ſpiritualibus excluſo iuris rigore eſt procedendum:⁊ ri
gor eſt vt iuretur.de dolo.c.j.Item qꝛ licet iurare non ſit peccatum:
frequenter iurare eſt peccatum.de iureiurã.⁊ ſi xp̃s:⁊ per iuramentũ
calum.reſpondit:quid credit:quod ſe habet de multa.iurat autem
de veritate:quia illam ſciunt pauci:⁊ ſic raro iurabit.Item quia iu
ramentum ſurgit a malo.de elec.ſignificaſti.de renun.ſuper hoc.de
iureiuran.⁊ ſi Chriſtus.In talibus autem malum abeſſe debet.j.q.j.
c.j.Has rationes repetit gloſ.de iura.calum.c.j.lib.vj.in verbo iura
mentum.videtur ꝙ dato ꝙ canones non inducant iurari debeat:qꝛ
materia eſt precepti:vt in auẽ.principales.C.de iuramẽ.calũ.dic ꝙ
non iudicant:immo prohibẽt ⁊ nõ ſuſtinẽt ꝙ preſtetur.ſm Hoſti.
quod innuit litera ſupra:nec dare:nec recipere.ſm Abba.alleg.ad
hoc.ij.q.v.conſuluiſti:ſed vt dicit Vincen.quidam exponunt:indi
cunt.i.interdicunt vel prohibent:vt.d.c.conſuluiſti.vel ſufficit ꝙ nõ
indicant:qꝛ diſpoſitio legis non ſtringit cauſas ſpirituales.❡Que
ro inter quos erat queſtio hec de iuramẽto preſtãdo:dic ꝙ erat inter
partes in cauſa decimaruꝫ delegata iudicibus.Vel dic orta inter iu
10 dices ⁊ partes ambas vel alterã.❡†Quero ad que vlteriora ſit pro
cedendum dic ad preſtationem iuramenti de veritate:ad interroga
tiones ⁊ reſponſiones ⁊ poſitiones.j.c.j.ad ſi.de probatio.quoniam.
11 Hoſtien.❡Quero qualiter pars ſit interroganda que habet reſpõ
dere per iuramentum veritatis ⁊ qualiter que habet reſpondere per
iuramentum credulitatis.Dicit Innocen.qõ per iuramentum veri
tatis non interrogabitur pars quid credat:quia id nõ iurat.ſ.de cre
dulitate ſicut nec de teſte.j.de teſti.c.de teſtibus.debent tamen par
tes reſpondere non ſub ratione iuramenti quid ſciunt vel credunt.
Inno.dicit de teſti.preſentium.lib.vj.quod habet reſpondere tan
tuꝫ qõ nouit:vt dicit in verbo veritatẽ.Recitat quoſdã dicere ſecus
vt de credulitate reſpondere debeat:vt in verbo ſindico:⁊ hoc tenet
Specu.eo.ti.§.nũc dicamus.ver.Itẽ dixit.Ad primũ alle.Innocẽ.
iij.q.ix.hortamur viſum eſt mirabile Hoſti.qõ non debeat interro
gari de credulitate ⁊ debeat reſpõdere.Unde dicit qõ quãuis teſtes
et partes in ſpiritualibus iurent de veritate non ſolũ de veritate:ſꝫ
etiã de credulitate interrogandi ſunt:⁊ ei tenenẽ reſpõdere.argu.de
teſti.quoties.in ſi.⁊.c.cum cãm que inter plus dicit qõ cum iurãs de
veritate iurat ſcõm cõſcientiã ſuã reſpõdere de veritate cõſcientie cõ
ſiderata veritate quantũ ad reſpõſionis effectũ potius illud eſt iura
mentum credulitatis ꝙ̃ veritatis:vt pꝫ de teſti.preſentiũ.lib.vj.de
iureiur.⁊ ſi Xp̃s.Et dicit qõ hodie de ſtilo curie iurat dicere veritatẽ
quã ſcit vl̃ credit.Spe.tenet qõ iurare debẽt,tm̃ de veritate quã ſciũt
in Spe.eo.ti §.j.in ſi.vbi ponit differẽtias tres inter iuramentũ cre
dulitatis ⁊ veritatis.Prima qꝛ i ſpiritualibꝰ iurã tãtũ de veritate.
Scd̃a qꝛ rñdeẽ de veritate:⁊ nõ de credulitate.Tertio:qꝛ iſtõ ꝯtinet
vnũ capitulꝫ tantũ iuramentũ calũnie plura.Quarto:quia iſtud
preſtant principales perſone iuramentum veritatis preſtat etiam
procurator.Quinto:quia ſindicus preſtat iuramentum calum.⁊ iu
rat in animam propriam.extra de teſti.preſentium.⁊.c.in pertractã
dis.Iſtud no.in animam domini vel vniuerſitatis.An autem ha
beat teſtis reſpondere de credulitate:⁊ ſi non reſpondeat de verita
te:⁊ poſt ea de credulitate:dicam in illo.c.quotiens.per Joã.an.de
accu.licet inquiſitionis dic vt in Spe.de teſti.§.iam de interrogato
rijs.ad ſi.dic ſi querit an debeat teſtis iurare de credulitate:dic qõ ſic
qꝛ poſſibile eſt aliqd occurere per qõ hꝫ reſpõdere de credulitate vt
fama ⁊ ſimilia.Sed an debeat reſpõdere ꝑ credit.dic qõ ſic in mate
ria quã nõ põt capere vere ſꝫ p̃ſumptiue:vel ꝑ auditũ:vt de teſti.quo
ties.⁊ ſi reſpõdẽt in tali de ſciẽtia:dicã.j.c.cãꝫ.In materia que cadit
in ſenſum dꝫ reſpõdere ſe ſcire:⁊ ſi prius dixerit ſe ſcire poſtea ſe cre
dere dic vbi.ſ.remiſi.Sed an ſit interrogãdus de credulitate dic qõ
ſic in materia quam nõ poteſt habere per certaꝫ ſcientiam ſi poteſt
habere per certam ſcientiam ⁊ non reſponderit de eo poteſt de cre
dulitate interrogari.de teſti.cauſam.ij.Si reſponderit.de certa ſciẽ
tia non eſt interrogandus de credulitate:ne deſtruat primum dictũ
vt dicit Spe,in loco preallega.ſed dicam in.d.c.quoties.Joã.de li
gna.dicit qõ veritas põt ſciri:⁊ tũc ſurgit habitꝰ demõſtratꝰ ex ne
ceſſarijs põt ẽt credi ⁊ tũc ſurgit habitꝰ ex ꝓbabilibꝰ vigore ergo iu
ramenti de veritate põt qs reſpondere ⁊ ſcio ⁊ credo ſed in teſte licet
poſſit interrogari qd credat nõ tñ ꝓbat neceſſario.de teſti.cãm.eo.
ti.teſtiũ.Sed iudex põt ex talibꝰ iſtrui ⁊ vti vulgari que nõ poſſunt
ſingula ⁊c̃.xxx.q.vj.iudicantẽ putat tñ opi.Inn.veriorẽ qꝛ aliud eſt
ſcire aliud opinari vel credere:nam ſciẽtia elicit ex demõſtratis:cre
dulitas ex opinatis.Dictum Hoſti.ꝓcedit in iudiciarijs quia iu
dex debet interrogare de quocunqꝫ introducente ad iudicandum
id qõ ſufficiat vt.d.c.iudicantẽ.Aliquando talia ſufficiunt.de pre
ſump.afferte ſecũdũ Jo.de lig.Cy.tenet quod teſtes qui iurant de
veritate habent reſpondere de veritate quaꝫ capiunt aliquibus ex
12 ſenſibus de quibus.de teſti.cauſam all'.C.de teſti l.teſtiũ.❡†Que
ro an partes poſſint compelli ad preſtandum iuramentum verita
tis:dic de iure ciuili hoc tantum non reperitur:dicunt tamen doc.

legum:illud aliquando aliquibus perſonis preſtari.argu.C.de te
ſti.l.ſi ſeruus.ff.de proba.l.etiam.ff.de confeſ.l.certum.§.ſi.de iure
canonico preſtatur in cauſis ſpiritualibus:⁊ vbicunqꝫ iudici vide
bitur exigendum pro veritate eruenda:⁊ maxime in ſpiritualibus
de iura.ca.c.j.libro ſexto.⁊.c.ſe.⁊ maxime dicit Innocen.tale iura
mentum vtile in cauſis electionum:propter vacationis periculum
ad idem de ap.oblate.ad ſi.ad hoc quia iudex debet veritatem in
quirere omnibus modis quibus poteſt ergo ⁊ per iuramentum de
veritate.C.de eden.l.pe.⁊ vlti.ad idem.C.de iudi.l.iudices.inſtitu.
de actio.§.curare.ff.de reſti.l.carent.Non tamen vt quidam dicunt
hoc iuramentum ſuccedit loco iuramẽti de calum.nec ſemper pre
ſtatur vt illud ſuper tota cauſa:ſed ad officium iudicis pertinet:vt
ſi aliqua iuſta cauſa mouerit eum cogat eum iurare de veritate dicẽ
da:vt ſi ſuſpicatur quod contra conſcientiam agat in aliquo arti
culo:vel etiam in tota cauſa de iureiuran.ex literis.de elec dudum.
13 de teſti.ad hoc.❡†Oppo.quod in cauſis etiaꝫ ſpiritualibus ſit iu
randum de calumnia.de reſti.ſpo.literas.de elec.dilecti de teſti pre
ſentium.lib.ſexto Item:quia lex dicit in omni cauſa iurandum de
calum.dic:quod quedam ſunt cauſe temporales:quedam ſpiritua
les:⁊.quedam annexe ſpiritualibus.Temporalium:quedam mere
ciuiles:⁊ in his iuratur vt per totum hunc titu.Quedam ſunt me
re criminales:⁊ adhuc in his iuranduꝫ vt.ſ.c.j.Quedã mixte:quas
mixtas dicit glo.quando agitur ciuiliter de crimine:quod no.po
teſt etiam poni exemplum per.c.tue.ſ.de procurato ⁊ adhuc in ta
libus iuratur.Quedam mere ſpirituales:⁊ in iſtis:ſi diſputatur de
proprietate iuris ſpiritualis:non iuratur.dicit tamen gl.quod cũ
maius ſit periculum in ſpiritualibus quam tẽporalibus:ideo cau
tius agendum:quod eſt iurandum:⁊ licet ſeruetur quod eſt dictum
vt nõ iuretur honeſtius foret iurari ſecundum glo.de hoc dic vt in
c.j.eo.ti.lib.vj.quia hodie iuratur:nec ſummaria cognitio que ſit in
ſpiritualibus excludit hoc iuramentum:vt in cle.ſepe.de verbo.ſi
gniſi.in ſi.j.reſponſi.Si aditur poſſeſſorio:vel ſuper aliquo inciden
ti petitur iuramentum:bene iuratur de reſti.ſpo.literas:⁊ in iuribꝰ
ſupra allegatis:vnde ſuper aliqua emergẽti poteſt iurari.ſpe.tenet
quod etiam in poſſeſſorio non iuretur de calum.all'.de teſti.preſen
tium.in prin.lib.vj.⁊ hoc ponit etiam ſpe.de iura.calum.§.ſequi
14 tur.in prin.❡†Nota hic:quod queſtio poſſeſſoria iuris ſpiritua
lis non dicitur ſpiritualis ad hoc quod no.Vin.de iudi.c.ſi.glo.de
elec.dilecti.⁊ dicto.capitulo literas:ad hoc dictum Inno.de elec.
cum dilectus.in glo.hic habet.archi.de reſti.ſpo.frequens.lib.vj.
In verbo.in ciuilibus:vbi dicit queſtionem poſſeſſoriam non forte
mere ſpiritualem:ad hoc quod no.de iudi.ceterum vbi no.queſtio
nem poſſeſſoriam rei feudalis non ſapere naturam feudi.In cõtra
eſt de reſti.ſpoliatorum literas.⁊.c.ex cõqueſtione:vbi queſtio poſ
ſeſſoria ſpectat ad iudicium eccleſie ſicut proprietatis:puto quod ſi
queſtio eſt poſſeſſoria habens annexam cauſam proprietatis:vt in
matrimoniali ⁊ beneficiali:quod illa ſatis poſſit dici ſpiritualis:vt
in iuribus preall'.ad hoc:vt lite non conte.accedens.⁊ ſic intelligo
archi.poſt Inno.de eo qui.mit.in poſ.c.j.lib.ſexto vbi ſi agitur poſ
ſeſſorio in beneficiali proceditur lit.non conte.ad diffinitiuaꝫ ſicut
in proprietatis tituli cauſa:vt ponit ibi in verbo:obtmendum.Un
de in omnibus talibus cauſis poterit agi ⁊ procedi ſummarie ſicut
in principalibus.per cle.diſpendioſaꝫ.de iudi.ad hoc qꝛ ꝓpter an
nexitatẽ debẽt ad eãdeꝫ attrahi naturã.C.de iudi.nulli.de mu.pe.
c.ij.de iudi.c.ceter.⁊.c.ſi.Si q̃ſtio poſſeſſoria ẽ nuda:tũc dato ꝙ nõ
ſit mere ſpũalis attrahiẽ ad naturã ſpũalis vt q̃ſi annexa.arg.eiꝰ qõ
dicit Inn.in.d.c.dilectꝰ.⁊ archi.i.d.c.frequẽs Hinc eſt ꝙ taliũ poſ
ſeſſio ſicut nec ꝓprietas non cadit in laicũ:vt pꝫ de p̃ſcrip.cãꝫ.ex
ſapit naturã ſue ꝓprietatis.Hec vera p̃terq̃ in exorbitãtibꝰ in qbꝰ
ſi ſit mẽtio de q̃ſtione ſup re ſpũali.vel de q̃ſtione ſpirituali:ſtricte
intelligiẽ de q̃ſtione oĩno ⁊ mere ſpirituali.Queſtio eni poſſeſſiõis
nõ eſt mere ſpũalis:qꝛ ex illa gr̃a nõ ferẽ.facit qõ no.j.q.j.in ti.ſum
me.⁊.c.j.Quãdoqꝫ qõ nõ eſt mere ſpũalis:ſꝫ annexa:vt i iure pro
natꝰ.gl.hic dicit qõ nõ iuraẽ de calũ.vt attrahaẽ ad naturã ſpiritua
lis.In hoc idẽ Hoſ.⁊ Hoſtiẽ.Inno.⁊ alij.dicũt qõ nõ eſt mere ſpũa
lis cũ ſup ea iurabiẽ:qꝛ rõ canonis ꝯtradicit ⁊ hoc nõ apparet imu
tatuꝫ:niſi in mere ſpirituali:xxv.q.vij.ad ſedem.facit qõ no.in ſpe.
15 eo.ti.§.ij.poſt prin.ver.quid de cauſa.†Que auteꝫ ſit differẽtia:iter
iuramentũ de veritate:⁊ calũ.vide in ſpe.eo.ti.§.j.in ſi.⁊ hoc appa
16 ret de iure tollitur iuramẽtuꝫ calumnie aliquando in cauſis.†Nun
quid autem valet cõſuetudo qõ nõ iuretur de calũnia vide qõ dicaꝫ
j.c.ceterũ.⁊ ibi dicam etiam an per reſcriptũ remittatur.

1 ☞ Iurari põt de calũnia et per principales et yconomos cauſam
notam habentes.
2 Procurator,quomodo poſſit conſtitui ad iurandum in animam
conſtituentis vt dominus iuraturus non requiratur nume.4.nu9.
3 Iurat ſindicus et adminiſtrator vniuerſalis in animam propriã nõ
autem in animam domini idem tutor et curator et generaliter oẽs
habentes gñalem adminiſtrationẽ a lege aut iudiciali auctoritate
numero.7.

5 Sindicus vel procurator dꝫ eſſe idoneus vir et maturus qui cau-
ſas cognoſcat et reſpondere ſciat veritatem ne per eius inficiatio-
nem ineptam vocetur dominus.
5 Procuratori quando ſunt dande dilationes vel inducie ad conſu-
lendum dominum.
6 In deliberatione cõſiderandi perſonarum qualitates quid veniat.
8 Jurato de calumnia per procuratores ad cauſas tñ ſeu admini-
ſtratores particulares non releuãtur dñi quin ꝛ iurare compellant.
10 Juramentũ quomodo preſtet procurator conſtitutus ad iurandũ
in animam conſtituentis.
11 Procurator generalis ad cauſas cõſtitutus an videatur habere mã-
datum ad iurandum de calumnia.
12 Jurare põt pater in cauſa filij pro bonis profectitijs et aduentitijs
vbi vſumfructum acceptat ſi vero non acceptat ipſe pater filius pa-
tris conſenſu iurabit vbi ille eſt maior factoris.
13 Tutor vel curator iurat de calumnia quando contenditur de alio
quã de tutela.
14 Defenſor quomodo ꝛ quãdo iurat de calũnia in animã domini vel
propriam.
15 Jurare quomodo debeat etiã de calumnia perſona cõiuncta quãdo
agit pro re alterius.
16 Jurare quomodo debeat etiaꝫ calũnia procurator in rem ſuam vel
ceſſionarius quando agitur de re ceſſa.

1 In pertractandis. †Jurari poteſt de
calum.ꝛ per princi-
pales:ꝛ per iconomos: cauſam notam habentes.hoc.d.
2 ¶†Not.j.ꝙ licet in deferendo iuramento non ſit arbi-
trariũ in cui deferatur: quãdo ꝛ domini:ꝛ procuratoris:equa eſt cõ-
ditio eſt arbitrarium quando quis comparet per procuratorem vel
yconomum:qꝛ primo haberi debet reſpectus ad qualitatem perſo-
narum:ſi nõ eſt yconomus:ſed legalis ſicut principalis:deferri po-
teſt principali:et ſic ad actum iuramenti poteſt principalis perſo-
na:vt legalior compelli:licet compareat per adminiſtratorem:vni-
uerſalem;hoc eſt verum in adminiſtratore vniuerſali:ſed in procura
tore habente ſpeciale mandatum:eſt ſecus.ſm Joan.and.in.c.ſi.de
iuramen.calum.libro.vj. Quia ex quo habet mandatum:ad iuran-
dum in animam domini:non videt:ad qđ dominus licet iuſtior re-
quiratur.poſſet tamẽ poſtea requiri in poſitionibus fiendis poſtea
ad poſitiones:ad hoc.de iureiuran.c.vl.lib.vj. Et de iura.calum.ca.
pe.ꝛ ſic põt tunc procedere.l.fin. C.de procurato.l.ſi actor. Secundo
no.ꝙ data parilitate perſonarũ in legalitate et honeſtate: clericus
euitat iuramentũ calum.ſi eligat per yconomũ litigare:a contrario
ſi non eligat compellitur iurare ſi vult per ſe litigare: dum tamẽ vbi
eligat per alium;talis ſit perſona que omnino neſciat factum cauſe.
3 ¶†No.ꝙ iurat ſindicus ꝛ adminiſtrator vniuerſalis in animã pro
4 priaꝫ:ꝛ nõ in animã dñi:ꝛ in hoc differt a procuratore†. Si ergo cle
ricus litigat per ſe iurat:ſi per aliũ per ꝓcuratorẽ:ficte iurat:qꝛ iura
tur in animã ſuã.Hoc verũ:in cauſa propria:in cauſa eccleſie iurabit
procurator in animã ꝓpriã tñ tenẽdo opi. Inno.ſ.c.j.Si per admi
niſtratorẽ vniuerſalẽ: iurat in animã ꝓpriã adminiſtratoris:de pra
ctica aũt iuramẽti calũ. Abbatis vel prelati:vide tex.ꝛ Inno.de te-
ſti,preſentiũ.lib.vj.practicas ꝛ formas vide in ſpe.eo.tit.§. nũc dica-
5 mus.ad ſi. ¶† Ultimo no.Hoſti.hũc tex.cõtra religioſos qui mit-
tunt ad cauſas ꝓcuratores ignaros literarũ:ꝛ interdũ viles que ſine
conſcientia omnia negant.Nã cõſtituẽdi ſunt idonei:ꝛ qui cãm be-
ne noſcãt.C.e.l.ij.§.ſinaũt: nec debet iudex hoc ſuſtinere.ſed ſuo offi
cio malitijs occurrere malitioſe veritatẽ occultantibus.ff. de teſti.l.
curent ad hoc iura alle.ſ.c.proxi.in ſi.vlti.glo.ꝛ.j.qui ma.ac.poſ.de
bet etiã cõpellere vt cõſtituat perſona idonea:ꝛ vt cõſulat illos de cõ
uentu:qđ dic vt de teſti.preſentiũ.lib.vj.Et ſi procurator veritatem
negat vocandus eſt principalis.ff.de procurato.ſi actor.C.e.l.ſi.Re
mittit etiã ad no.de ſindi.c.j.ſm Hoſti.primo per hãc decreta.dicit
Inno.ꝙ dꝫ quis cõſtituere ꝓcuratorẽ ſic inſtructũ:ꝙ ſi interrogetur
de facili reſpõdere ſciat veritateꝫ.de dolo,c.j.qꝛ niſi iuſta cauſa ſub-
ſit ad cõſulendũ terminũ nõ habebit:ſupra de procura.dilectus.vbi
de hoc ꝛ ſi id ſuper quo procurator:interrogatur vel proponitur:per
tinet ad principale negotium:et reſpondeat ſe neſcire ꝛ velit conſu-
lere dominum:condemnabitur in expenſis: ſm Innocentium per
predicta iura:ad hoc de procuratori.auditis.ꝛ cap.conſtitutus. niſi
forſan ſit articulus de nouo emergẽs: vel de quo nõ poſſit domino
imputari:ſi procuratorem non inſtruxit: de tranſactio. capitulo vl-
timo.Super hoc dubiuꝫ:an procurator debeat habere inducias ad
conſulendum dominum.Cyn.in.l.ij.C.vbi in rem ac,dicit non dan-
dam dilationem:quia debũit venire inſtructus:de hoc de dolo.ve-
nerabili.per Innocentium.de procuratoribus. dilectus.gloſ.de cõ-
feſ.c.ij.lib.vj.in Spe.de poſi.§.vj.ver,in ſum.ꝛ ver.ſe.ꝛ Bar.in.l.nõ
ſolũ.ff.de ꝓcura. Dic ſi lite mota ad illã cõſtituat ꝓcuratorẽ ſpecia-
lem:ſi eſt citatꝰ:ad certũ articulũ:ꝛ petit iducias ſup alio artic. dãde
ſunt:qꝛ ſufficit ꝙ ꝯpareat inſtructꝰ in articulo:ad quẽ citatꝰ eſt. Si
petitur dilatio ſuper articulo:ad quem fuit citatus:vel fuit ad totã
cãm citatꝰ ſi fuit citatꝰ ꝓcurator debeat habere iducias:vt in auct'
qua in pronuncia.C.vbi de cri.agi oportet. dicit Bar.in.d.l.nõ ſo-
lum.Si fuit citatus dominus ꝛ cõſtituit procuratoreꝫ: tunc ſi ali-
quid inopinatũ emerſerit debet habere dilationes: alias non:ſi in
libello fuerunt expreſſe circũſtantie:ꝛ actio:ꝛ quod petitur:vel te-
nor libelli.j.de dila.preterea.no.glo.de elec.cupiẽtes'. in glo.in ver
bo.contingentibus.no.in.l.pretor.§.defendi ꝛ ibi. Bar.ꝛ glo.ff. ex
qui cau.in poſ.ea Si non eſt expreſſus libellus: vel tenor cauſe.in
citatione:debet habere inducias ad ꝯſulendum.ver. autem dixi cũ
debere comparere inſtructum eſt verum:quo ad reſpõdendũ:vel iu-
randum:ꝛ quod ad probandum per inſtrumenta: ſed non oportet
quod de longinquo ducat teſtes ſecum:vt dicit glo.de elec. cupien-
tes.§.ſi vero.lib.vj.Si eſt procurator generalis: debet habere indu
cias vt dicto.c.dilectus.ſicut prelatus:de dila.expoſuit.de hoc.j.eo
6 cum cauſam:vbi recitabo dicta ſpe.¶†Quero quid venit in deli-
beratione ꝯſiderandi qualitates perſonarum: dic conſiderabitur
que ſit iuſtior.C.de procurato.in peccunarijs:ſecundum Innocen.
Secundum Hoſti. inſpicitur an tales religioſi qui non iurant vel
ſeculares qui iurant vt.j.c.proximo:vel epiſcopi qui habent electio
7 nem iurandi.j.e.c.ſi.¶†Oppo.quod non iurat de calum.ſindicus
ſed principales perſone.ſ.c.j.ꝛ in.auc.principales.C. de iura.calũ.
Sol.glo.dicit:quod quidam ſunt adminiſtratores vniuerſales ha-
bentes poteſtatem ab homine:vel a iure agendi:vel adminiſtrandi
vel iudicis aucte.ꝛ tales iurant vt principales de calum.in animaꝫ
propriam:vt ſunt ſindici:yconomi: tutores:ꝛ curatores:orphano-
trophi:ꝛ ſimiles actores ſcilicet preſentes:ꝛ generaliter omnes ha-
bentes adminiſtrationem generalem a lege vel iudiciali auctorita-
te:tales iurant de calum.l.ſi.§.j.ꝛ.ij.C.de iura.calũ.ad hoc.C.de bo.
ma.l.j.C.de epiſco. ꝛ cleri.orphanotropos.ꝛ auct.ſed hoc. inſti.de
8 cura.§.ſi.¶†Quidam ſunt adminiſtratores particulares procura
tores ad cauſas tantummodo conſtituti:ꝛ in iſtis glo.dicit: quod
non iurant de calum.C.e.l.ij.§. ſinautem. ꝛ auct. principales: licet
glo.varient in procuratore in.l.ij.§. ſinautem ꝛ in auct. principales
Cy.tenet procuratorem per ſe iurare: ꝛ etiam dominum iurare de-
bere:ꝛ vnus non releuat alterum. dic ſi procurator habet generale
mandatum: vel ſpeciale ad cauſam ꝛ non ad iurandum de calum.
vterqꝫ habet iurare ꝛ vnius iuramentum non excludit alium vt di-
xit Cy.ꝛ tenet. Barto.in dicto.§. ſinautem.ꝛ in.l. non ſolum.ff.de
procurato.eſt dubium:quia tex.exigere videtur quod habeat man-
datum ad cauſam. Unde cum non ſit inſtructus de cauſa non vide-
tur poſſe iurare tamen dic quod ſatis poteſt iurare in facto quod
egit:ꝛ ſic ſibi noto:ꝛ idem etiam in dato ad agendum ꝛ defendendũ
ꝛ iurandum de calum.ſecundum Joan.an.eo.ti.c.ſi.lib.vj.Si habet
mandatum generale:ꝛ ſpeciale ad iurandum de calum. poteſt iura
9 re pro domino vt in.c.ſi.e.tit. Aduertendum tamen: ſecundũ Bar.
quod iuramentum quod preſtat ipſe vt procurator ex generali mã-
dato.vel etiam ſi habeat ſpeciale mandatũ quia ꝛ ipſe habet iurare
preſtat in animã ſuã:ꝛ qđ preſtat nomine domini preſtat in animaꝫ
domini:ꝛ debet referre verba ad dominum:ſecundum Bar.ſic. do-
minum ſcꝫ calũmnie cauſa nõ poſtulare: ꝛ ſic de ſingulis ꝛ ſic habet
preſtare duo iuramenta:ꝛ hoc tenet Jo.an.hic: patet in dicto.c.ſi.
lib.vj. Juncto.c.ij.ij.rñſo.e.li.ꝛ Cy.in dicta.l.ij.§.ſi.in vlti.q.ꝛ Jo.c.
titu.c.ſi.lib.vj.de teſti.preſentium.lib.vj.in verbo iuramento. Hoc
etiam tenet Hoſti.j.eo.c.ſi. Joan. an poſt eum in verbo ſindicum.
verſi.ſic ꝛ procurator.vbi dicit:quod procurator iurat in animam cõ
ſtituentis de veritate dicenda:ꝛ etiam de conſuetudine ratione cu-
rie in animam ſuam:que eſt approbata.eo.titu.c.ij.lib.vj.ꝛ cum bo
na conſcientia poteſt reſpondere ea que ſcit:vel ab alijs in quorum
animas iurauit intellexi vera eſſe de teſti.preſentiũ.lib.vj.ad hoc.c.
ij.ꝛ.c.ſi.eo.tit.lib.vj.Cy.hoc.non placuit:qđ per ꝓcuratorẽ iuret:qꝛ
procurator habet capere initiũ eorũ que agit in pſonã ꝓpriaꝫ vt.l.
inter ſtip.§.j.de verbo.obli.ff.de ac.ꝛ ob.l.quecũqꝫ. Itẽ quia debẽt
preſtari tactis ſcripturis:vt pſentia euangeliorũ terreat:qđ nõ erit:
ſi eſſet abſens. Unde vel cõcedẽdũ:qđ nõ iuret in animã:vel ſi dica-
tur:qđ per aliuꝫ iurabitur:vt per miniſtruꝫ ꝛ nunciuꝫ qui concipit
verba in perſonaꝫ domini.ff.de conſti.pec.l.cuꝫ qui.ꝛ hoc ponit.l.
10 ij.§.hic etiaꝫ.in.pe.q.que incipit.vltimo.¶†Puto poſſe iurari in
perſonam domini per procuratoreꝫ:vt de procurato .c. vltimo lib.
vj.ꝛ tunc concipiat verba in dominuꝫ: quia non proportionantur
ad ſe.vt dicitur in ꝯtrahente trimonium in dicto.c.ſi. ꝛ ſic dicitur
in ſententia.j.qui ſi.ſint legi.cauſam.ꝛ no.de exec.querelaꝫ.l.ſi.C.de
iniur.Practica autem verborum iuramenti habetur per glo. du-
pliciter lxiij. diſtinctio. tibi domino. vt dicat iuro in animam do-
mini. Uel ſic dominus meus iurat quod ſic ſeruabit: ſic deus ipſuꝫ
adiuuet. Ubi etiam dicit Joannes. quod poſt reuocationem mã-
dati:non certificato procuratore: ꝛ non certificato aduerſario: vel
iudice: quando de mandato fuit certificatus aduerſarius adhuc
obligat dominum.per text.de procurato. mandato. ꝛ. capitulo ex
inſinuatione: ꝛ ſupra de reſcriptis ex parte decani. licet ſecus
11 eſſet in matrimonio.j.de procurato.capitulo finali lib.vj.¶†Sed
eſt dubium:an ſufficiat quod habeat mandatum ad iurandũ de ca-
lũ. Joã.

lum. Joan.an.dicit:quod in habente generale mandatum vel ad-
miniſtrationem: circa ea que egit ⁊ que nota habet: ſufficit qḋ ha-
beat mandatum iurandi de calum.licet aliter non ſpecificetur: in
habente ſpeciale mandatum exigit quod habeat mandatum iurā-
di de calum.⁊ in animam domini: ⁊ in tali cauſa.per tex.qui loqui-
tur in ſingulari ibi ad cauſam. Barto.indiſtincte exigit quod habe
at mandatum iurandi de calum.⁊ in animam domini:⁊ in tali cau-
ſa.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.here.quod no. in.l.j.C.
etiam per procur.cauſam in inte.agi. poſ. quia ſi mandatum eſſet
ſimpliciter ad iurandum de calum.intelligitur in cauſis iuſtis:⁊ ſic
dominum non ligaret:ſecundum Bar.in omnibus caſibus:in qui-
bus dixi eum admittendum ad iurandum pro domino admitti de
bet iurare iuris neceſſitate: licet.c.ſi.loquatur:per verba precatiua:
non fecit iniuriam ⁊c. niſi aliquam cauſam alleget: vt quia iuſtior
⁊c.quod intellige vt ſupra dixi.Omnia dicta in procuratore habēt
locum in ſindico ad vnam cauſam conſtituto: quia ille procuratori
equiparat:⁊ hoc tenet Guil.in ſpe.de iura.calum.§.reſtat:ver.quid
dices: ⁊ tenet archi.lxiiij.di.tibi domino. ⁊ de teſti. preſentium.lib.
12 vj.in verbo ſindico. ❡ † Inquantum dixi patrem in cauſa filij.poſ-
ſe iurare:dicendum quod in caſtrenſibus:vel quaſi: in quibus habe
tur vt ſui iuris ſolus iurat ſi eſt maior. Si eſt minor ⁊ incapax iura-
menti datur curator bonis qui iurabit. In pfectitijs ſolus pater iu
rabit ⁊ agit. In aduentitijs ſi pater acceptat vſufructum: pater eſt
legitimus adminiſtrator:⁊ iurat.Si quis tamen diceret filiū iurare
ſecum non peccaret.Cy.dicit patrem iurare:faciens regulam quod
vbicunqꝫ quis eſt in iudicio cum alterius aucte:quia non habet in-
tegram perſonaȝ ſtādi in iudicio ſemper ipſe iurat:qui pſtat auctē
quia omnia facimus noſtra quibus aucteȝ impertimur.l.ij.§.ſed
omnia.C.de ve.iur.enu.Si pater non acceptat:filius iurat conſenti
ente patre:quia non eſt integer:quia in poteſtate vt.l.non ſoluȝ.§.
neceſſitatem.de bo. que.li. quod intellige vt ibi dicit: ſi eſt maior.
Sed ſi eſt minor adhuc dabitur curator qui vt legitimus admini-
13 ſtrator iurabit:ſecundum butri.in auct.principales. † Inquantuȝ
dixi tutorem iurare.hoc verum quando contenditur de alio quā de
tutela. Si enim ſe diceret maiorem: tunc quia contendit de tutela
reputabitur maior:⁊ iurabit vt dicit Cy. in.l.ij.§. quod obſeruari.
14 de iura.ca.facit quod in ſimili no.in.c.edoceri. de reſcrip.† Eſt du-
bium quod de defenſore glo. tangit in.l.ij.§. ſinautem. C.de iura.
calum.⁊.c.non ſolum.de procuratoribus.Cōclude: ſecundū Bart.
ſi defenſor interueniat animo nouādi:⁊ iurabit tanꝙ procurator in
rem ſuam:vt dictum eſt.ff.de noua.l.delegare. Si nō interceſſit ani
mo nouandi: ſed interceſſit animo repetendi: tunc ſi ꝯuenitur ex
obligatione propria iurat de calum.Si ex permiſſione domini: do
minus debet iurare:vt dicit glo.ibi.Si interceſſit animo non repe-
tendi:ipſe debet iurare ar.l.ſolutioneȝ.ff.de ſolu.l.ſoluēdo. de neg.
geſt.ſecūduȝ Bar.ibi ſic debet intelligi quod no.in ſpe.in ti.de iura.
ca.§.nunc dicamus.⁊ ibi. Jo.an. in ver.quid de defenſore:⁊ ideȝ di-
15 cit.in ver.❡ † Item cōiuncta pſona.qḋ principalis iurat : quando
cauſa agitur per cōiunctā perſonaȝ:ſecus ſi coniuncta perſona con
uenjatur: de eo quod obligata eſt ex obligatione propria: de quo.
per glo.⁊ Cy.in dicta.l.ij.de prelato vbi agit nomine vniuerſitatis
an iuret. ⁊ quomodo habetur.de teſti.preſentium.lib.vj. De procu
rato. in rem ſuam: ⁊ ſic ceſſionario:habet in dicta.l.ij.⁊ in .l. nō ſolū
ff.de pcur.dic ſcḋȝ Jo.an.poſt Cy.in.l.ij.⁊ in.l.ſi.C.de pcurato.⁊po
nit Jo.an.in addi.ſpecu.in ti.de iura.calū.§.reſtat.ver.ſȝ nunqd mi
nor:ꝙ licet aliq diſtinguerūt:an ageret vtili:an ageret directa:ſi pi-
culū ⁊ cōmodū ſpectat ad cedentē:qa cedit ad vtilitatē cedētis:iura
bit dñs ſuo piculo. Itē ⁊ ceſſionariꝰ qꝛ calumniari poſſet : ⁊ iurabit
ceſſionarius in animaȝ propriam . per decre.ij.eo.ti.lib.vj.⁊ hoc qa
capitula iuramenti potius proſecutioneȝ reſpiciunt lit.ꝙ iuſtitiaȝ
negocij principalis. Nec etiam eſſet iniuſtum ꝙ ceſſionarius iura-
ret de iuſtitia principalis cauſe:ſecūduȝ cōſcientiam ſuam:ad id qḋ
no.de aduo.§.j.verſi. Item ꝙ eſt preuaricator.⁊ ſic debet intelligi.l.
actio.ff.de procurato. Si autem commodum ⁊ incōmoduȝ ſpectat
ad ceſſionarium:quia cauſa eſt propria ceſſionarij.C.de procurato.
l.qui ſtipendia.ff.quando.appel.ſit.l.j.§. impropria: iurare debet
tantum ceſſionarius:ſiue agat directa:ſiue vtili:⁊ hoc tenetur com-
muniter de minori:an iuret de calū.legiſte tāgūt:⁊ quid de iuramē-
to de veritate.in dicta.l.ij.⁊ eſt eorū cōcluſio ſic.Antonius de But.

1 ☞ Iurant de calumnia yconomus in cauſa collegij et non ſingu li de collegio.
2 In iuramenti de calumnia preſtandi que ſit differentia inter cleri- cos religioſos et ſeculares.
3 Clerici litigando compelluntur iurare per ſe aut per procuratoreȝ particularem ſeu vniuerſalem adminiſtratorem.
4 Obligatus alternatiue ad alterum duorum preciſe non iuſte com- pellitur ad alterum tantum.
6 Iurare de calūnia recuſans preſumitur contra eum de iniquitate
7 Capituli delictū in obmitēdo et ꝯtumacia preiudicat ipſi eccleſie.
8 Procurator dicitur ſufficienter conſtitutus quando habet man- datum ad petendum ⁊ exigendum ad iurandum de calumnia.
9 Negligentia prelati inferioris epiſcopus poteſt conſtituere ycono mum ad vtilitatem eccleſie.nu.17.
10 Procurator ad addēdum non videtur eſſe conſtitutus ad defen- dendum niſi ſit etiam conſtitutus ad excipiendum.
11 Iurare compellitur clericus quando eſt ſingularis per ſe litigans ſecus ſi per procuratorem vt quando agitur de cauſa collegij.
12 Iurare compellitur abbas per ſe quando pro monaſterio litigat.
13 Yconomus quid ſit.
14 Sindicus quid ſit.
15 Yconomus vel ſindicus quomodo conſtituantur.
16 Sindicus vel yconomus quando dicatur idoneus.
16 Infamis an poſſit eſſe procurator.
17 Yconomum vel ſindicum non poteſt eccleſia inferior conſtituere abſqꝫ ſuperioris auctoritate.

1 INperatorum. ❡ † In cauſa collegij:nō
ſinguli de collegio:ſȝ ip-
ſius yconomus iurat de calum.h.d.Primo narrat repre
henſibile factum.Secundo id prohibet.ibi ad quod.Ter
tio prouidet quid faciendum ſit:ibi ſed ve.Intellige literam:quia
hi litigabant per procuratorem ſpecialiter ad cauſam conſtitutuȝ:
⁊ dum ab eis exigeretur iuramentum calum. Ipſi dicebant ſe non
arctādos:pars aduerſa dicebat eos compellendos:quia non ſuffi-
ciebat procuratorem iurare:ppter que iudex compellebat eos ſub
penis iuris vt iurarent:propter que ipſi pape ſunt cōqueſti:peten-
tes de oportuno remedio prouideri: papa mandauit vt ſequitur.
2 No.in materia iuramenti preſtandi de calum.aliqua eſt differentia
inter clericos ⁊ religioſos ex vna parte:⁊ ſeculares ex alia ⁊ eſt diffe
rentia:quia laici cum non poſſint conſtituere procuratores:qui ha
beant poteſtatem ex publica autoritate:compelluntur per ſe iura-
re:aut per procuratores preſtantes iuramenta in animam propriā
et in animam domini.Sed vniuerſitates cum poſſint conſtituere
adminiſtratores vniuerſales:qui eo qḋ poteſtatem habent ab vni-
uerſitate eccleſiaſtica:ſaltim videntur habere poteſtatem de publi-
co:non cōpellūtur iurare:⁊ ſufficit adminiſtratores iurare. ❡ No.
3 ſecundo † qḋ clerici compelluntur litigando per procuratorem par
ticularem:aut iurare per ſe:vel procuratorem in animam domini:
aut iurare per ſe:vel vniuerſalem adminiſtratorem conſtituere:qui
4 in ſolam ſui animam iuret. ❡ † No.tertio qḋ vbi quis alternatiue
tenetur ad alterum duorum preciſe non iuſte compellitur ad alterū
tantum:ad hoc de plus peti.capitu.j.j.de emp.⁊ ven.cum cauſam.
5 ❡ † No.quarto qḋ eo quod quis declinat de calum.iurare:eſt pre-
6 ſumptio contra eum de iniuſtitia cauſe. ❡ † No.quinto qḋ delictū
capituli in obmitttendo ⁊ contumacia:preiudicat eccleſie etiaȝ vbi
8 agitur de iure eccleſiarum perdendo. ❡ † No.qḋ ſufficiens dicitur
procurator habere mandatum:ſi habet ad petendum ⁊ exigendum
⁊ de calum.iuranduȝ:⁊ patet ex hoc quod in ſindico ⁊ vniuerſali ad
miniſtratore ſufficit quod habeat mandatum ad iurandum de ca-
lum.nec exigitur quod habeat mandatum ad iurandum in tali cau
ſa:nec in animam conſtituentium:quia non ſic habet iurare: ſed in
animam propriā:puto tamen qḋ eo qḋ eſt cōſtitutus vniuerſaliter
ſatis dicatur habere mandatum ad iurandum de calū. ideo ſubau-
di ibi valeat ⁊c.dic qḋ valet eo ipſo quod eſt ſimpliciter conſtitutꝰ.
9 ❡ † No.qḋ in negligentiam inferioris prelati:epiſcopus poteſt cō
ſtituere yconomū ad vtilitatem eccleſie ⁊ ſic eccleſia non defendente
vel prelato vel capitulo bona eccleſie:ſupplet epiſcopus negligen-
10 tiam:⁊ ex officio procedit ad vtilitatem eccleſie:qḋ not. ❡ † Opp.
primo qḋ non habeat ſufficiens mandatum : habens mandatum
ad agendum ⁊ excipiendum:cum debeat habere mandatum ad de
fendendum.ff.de procurato.l.ſed ⁊ he.§.defendere.Solu.dic quod
habebat mandatum ad excipiendum.i.defendendum:nam excipe
re ponitur pro defendere:vel reſpondere:ſic.j.de plus pet.capitu.j.
Alibi ponitur pro agere ⁊ pro eo reſpondere.ff.de eden.l.j.§.j.Ho-
ſtien.⁊ per hanc literam dicit Guil.na.ſufficiens eſſe procuratoriuȝ
illius qui eſt datus ad agendum ⁊ excipiendum : cum excipere po-
natur pro defendere.et ad hoc conſtitui debet.de procurato.acce-
11 dens.⁊.capitulo conſtitutus. ❡ † Oppo.quod ꝯpelluntur iurare
clerici.j.eodem capitulo finali ⁊.capitulo ceterum.Solu. ꝯpelli-
tur iurare clericus:quando eſt ſingularis per ſe litigans:ſed quod
in cauſa vniuerſitatis oēs iurare cōpellantur:hoc hic prohibetur.
Item qḋ cōpellatur preciſe:quādo litigat per pcuratorem:non cō-
12 pellitur:ſi eligere vult litigare per ſindicum. ❡ † Opp.cum gl.j.qḋ
cōpellatur abbas iurare per ſe.arg.ff.ad munici.l.municeps:quia
illi melius preſumuntur ſcire veritatem qui negocia monaſterij ad
miniſtrant ⁊ ſic compellendi ſunt.ſ.capitulo proximo:dicit glo.ꝙ
aliud in collegijs que non compelluntur iurare vt hic.Aliud in ſin-
gularibus:qui compelluntur.hoc non tollit cōtraria: quia abbas
eſt ſingularis et iura contraria loquuntur de capite vniuerſitatis.
13 Ideo glo.dicit quod eſt ſpeciale priuilegium clericorum. ❡ † Que
ro quid eſt yconomus gloſa dicit quod eſt ille cui res eccleſiaſtica
gubernanda mandatur. lxxxix. diſtinctione quia in quibuſdam.

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

14 ꝛ dicit: qꝺ licet noīa ſint diuerſa: † Idem tamen eſt ſindicus: qꝺ yco
nomus: ꝛ actor vniuerſitatis.de quo glo.remittit de hoc in.c.volu-
15 mus: ꝛ.c.dyaconũ. ¶ † Quero quomodo cõſtituatur: dicit gloſ.qꝺ
cõſtituitur ab vniuerſitate: autoritate iudicis ordinarij.C.de epi.ꝛ
cle.oĩs.§.hoc nihilominus.dicit Inno.qꝺ licet cõſtituatur epi con
firmatione per.§.hic alle.tamẽ cõſtituitur etiã ſine epiſcopo ꝛ eius
cõfirmatione: ꝛ tenet cõſtitutio.ff.qꝺ cuiuſqꝫ vni.l.j.de ſindi.c.vno.
Unde dicebat pe.qꝺ licet iure caueatur: tñ conſuetudine nõ admit
titur vt conſtituatᷓ cum auctoritate epi. Nec etiã curia ſeruat: qꝺ re-
quiratur autoritas epi. Hoſt.diſtinguit inter cauſas diſcretas: ꝛ cõ
munes: ſcꝺm ea que habenᷓ de reſcrip.edoceri. Ueritas eſt: qꝺ in ec
cleſijs cathedralib᷒ ſiue ſint bona diſcreta ſiue nõ: exigitur cõſenſus
epiſcopi: q: hoc officiũ magni ponderis: vt no. Innoc.in dicto.ca.
edoceri.ap.hoc.ſ.de pcurato.c.j. In cauſis inferiorũ eccleſiarũ col-
legiatarũ ſufficit cõſenſus prelati illius eccleſie: ꝛ cõuentus nec exi-
gitur autoritas epiſcopi: ꝛ ſic gloſ.hic ad tex.relata: maledicit: be-
nedictis doc.ꝛ hoc tenet Jo.de lig.in inferioribus eccleſijs: in qui-
bus nõ eſt collegiũ: ſindicus vniuerſalis debet conſtitui autoritate
epiſcopi: vt no. Inno.de teſta.requiſiti.in vbo.cõmunio.in fi.vbi di
cit qꝺ pp̄ter cõmunionẽ quã habet eps cũ inferioribus eccleſijs: in
feriores eccleſie nõ poſſunt facere ſtatuta: ſine cõſilio ꝛ cõſenſu epo-
rum.de conſue.cũ conſuetudinis.ꝛ in pcurationib᷒ et alijs arduis
negotijs: ſua cõſilia ſunt requirenda.x.q.ij.pcarie.de ma.ꝛ obe.humi
lis.de pcurato.c.j.de iudi.cãm: ſcꝺz Inno. Quid ſi eps non ſtatuat
vbi ſtatuere dꝫ: dic qꝺ ſtatuet archieps.ix.q.iij.cuz ſcimus.ad hoc
litera hi.c. Tenet tñ lapus ſua alle.lxxxvij.qꝺ vicarius epi non poſ
ſit loco epi dare yconomũ: nec auctorari q: datio yconomi eſt actus
volũtarie iuriſditionis: que cõiter non trãſeunt in vicariũ: alle.de
offi.vicarij.c.j.ꝛ.ij.lib.vj. Plus dicit: qꝺ ſi ſimpliciter data eſt pote-
ſtas vicario: vt poſſit dare yconomos.qꝺ in inferiori eccleſia nõ po
terit dare yconomũ: ea non vacante: q: datio ſpectat ad prelatũ ec-
cleſie: nec etiam ea vacante: quia tunc de iure poteſt dare yconomũ
ſolum ad gubernandos fructus. Alia ergo ad eccleſiam ſpectan-
tia vel ad illa: nõ põt dare yconomũ ꝛ ſic intelligiᷓ poteſtas. Nõ
ob.tex.hic.in fi.vbi eps ſtatuit: q: debet hoc intelligi negligẽte ab-
16 bate in ꝯſtituendo q: tunc loco ipſius ſubrogaᷓ eps. ¶ † Quero qñ
dicaᷓ idoneus: dic qñ omnino cãm non ignorat. Itẽ ſi eſt bone fa-
me: nã infamis ꝛ ſuſpectus eſſe nõ debet.v.q.iij.q: epi.iij.q.vij.§.j.
ꝛ.c.infames. Jo.in.c.accedẽs.j.diſtin.diſtinguit inter pcurato.epi
ꝛ hic nõ poteſt eſſe infamis: ꝛ pcuratorẽ monaſterij: ꝛ hic põt eſſe in
famis: vt.d.c.accedẽs.pro primo.alle.C.de his que imple.l.j.lib.x.
de etate.ꝛ quali.tuã.gl.iij.q.vij.c.j.tenet.qꝺ infamis p ſniam nõ po
teſt eſſe alias ſic.nõ ob.inſti.de excep.§.vlti.q: aliud ſcꝺm leges aliõ
ſcꝺz canones. Ãn.diſtinguit inter pcuratorẽ ad negotia in cauſis
eccliaſticis: ꝛ hic põt eſſe pcurator infamis quantũcũqꝫ dummodo
ſit catholic᷒: ad iudicia non põt eſſe infamis de iure canonico ſic de
iure ciuili.alle.ad primũ.C.de pci.imp.offe.l.vniuerſis.ſpe.in ti.de
pcu.§.j.vſi.itẽ qꝺ eſt infamis diſtinguit vt gl.i.d.§.fi.inter modicũ
ꝛ magnã infamiã.de quo.ſ.de iudi.cũ deputati: vbi glo.diſtinguit
inter ius ciuile et canonicum. Sed dic: ſi eſt infamis infamia nuda
facti nõ credo hunc repellendũ ab officio procurationis: ab officio
yconomatus vel ſyndicatus ſic quia hoc eſt officium in eccleſia et
quid ſpirituale prima queſtiõe ſi quis epiſcopus.ꝛ talia officia ſpi-
ritualia non cadunt in infamem infamia etiam facti.C.de digni.l.
quotiens.lib.x. Si eſt infamia iuris aut per ſententiam tunc de iu-
re ciuili non repellit procuratorem de iure canonico. Si eſt procu-
rator ad negocia nõ repellitur. Si ad iudicia repellitur: ſiue ſit pro-
curator epiſcopi: ſiue alterius prelati. Inquantuꝫ agit pro iuribus
eccleſie: inquantum autem agit pro patrimonialibus clerici: ſatis
tollerari poſſet qꝺ procurator poſſet eſſe infamis dummodo non
ſit procurator epiſcopi ꝛ.ca.accedens.loquitur de adminiſtratore
17 eccle. ¶ † Oppo.vltimo qꝺ epiſcopus non ſtatuat yconomum in
eccleſia inferiori ex quo habet prelatum ad quem ſpectat admini-
ſtratio quia de negocijs inferioris eccleſie ſe non intromittit epiſco
pus niſi in negligentia.ar.ix.q.iij.cum ſcimus. Solu.gloſ.exponit
ſtatuas.i.auctoritatem interponas quod concludit inferiorem pre
latum non poſſe conſtituere yconomum abſqꝫ epiſcopi autorita-
te ſed de hoc.ſ.dixi hoc non ſeruari. Dic ergo ſecundum Joã.an.
quod poterit ſtatuere epiſcopus demum negligente prelato vt.ſ.
glo.proxima ꝛ hoc poterit: ne propter adminiſtrationis defectum
amittat ius ſuum qui de capitulo conqueritur: quo caſu iudex capi
tulo inuito dabit defenſorem ſicut adoleſcenti qui negligit cura-
torem petere qui ei inuito datur vt.C.qui.pe.tu.l.ij.in.fine, ſecun-
dum Hoſtien.

1 ☞ Jurans de calumnia clerici in cauſis proprijs et non per pro-
curatorem ſi per ſe eligũt litigare qꝫ ſi per procuratorẽ litigant poſ
ſunt tũc per alium.nu.11.
2 De nouo emergentibus nouum eſt auxilium oportunum.
3 Juramenti de calumnia cuius ſit finis.
4 Conſuetudo obuians fini veritatis eruende vt irrationabilis non
valet nec poteſt iudicij ſubſtantialia tollere.
5 Clauſula ſummarie et de plano nõ tollit tendentia ad finem verita-
tis eruende.
6 Appellatio non defendit appellantem contra iura vt nõ iuret vbi
de iure eſt iurandum.
7 Conſuetudo contra legem non valet vbi obuiat rationi ſuadenti
animarum vtilitatem et publicam.
Fallit ſi conſuetudo obuiat legi poſitiue et non rationi ſuadenti
vtilitatem publicam.
8 Conſuetudo non tollit formam iuramenti preſtandi ab aduocatis
ſecundum formam rem non nouam.§.patroni.
9 Juramentum de calumnia an poſſit aliqua conſuetudine differri
ad calculuꝫ ſentẽtie.
10 In iuramento calumnie preſtando quomodo prouidebitur vbi ali
quis per procuratorem generalem litigat qui iurare non poteſt. Et
dominus eſt in longinquis partibus.
11 Clericus in cauſis collegij poteſt per alium iurare de calumnia.
12 Conſuetudo omni iuri contraria non valet.

1 CEterum. ¶ † In cauſis proprijs iurant cleri-
ci de calumnia.non ob.conſuetudi-
ne contraria ꝛ premiſſa cauſa ponit mandatum: ꝛ contra
2 riaꝫ conſuetudinẽ damnat. ¶ † Nota.j.quod nouo mor
bo opus eſt noua medicina: ꝛ nouo caſu adhibendum eſt nouum re-
3 medium. ¶ † No.ſecundo finẽ preſtationis iuramenti calum.ſcꝫ vt
4 veritas eruatur. ¶ † No.tertio quod conſuetudo obuians fini ve-
ritatis eruende vt irrationabilis non valet: ꝛ ſic conſuetudo nõ po-
teſt tollere ſubſtantialia iudicij: que tendunt in finem veritatis elici
ende: ꝛ hec eſt cauſa quare nõ tolliᷓ in cauſis ſummarijs vt in cle.ſi.
5 de verb.ſig. † quia vba illa ſummarie ꝛ de plano nõ tollũt tendẽtia
in finem veritatis eruẽde. per hoc ſoluitur quod diſcutit Cy.ꝛ in-
determinatum reliquit: in.l.ij.§.ſed quia.in.ij.q.ꝛ quod tangit in
l.prima C.que ſit lon.conſue. ¶ No.iſtud capitulum eſſe de ſubſtan
tia iuramenti calum.ꝛ ſi queretur verum non inficietur: licet qui-
6 dam contra: ſecunduꝫ Abb. ¶ † Nota quod appellatio non defen-
dit appellantem contra iura: vt non iuret vbi eſt iurandum de iure
quod dicit Jo. verum.niſi alleget aliquam cauſam propter quam
7 iurare non tenetur: ſecundum Jo.de lig. ¶ † Oppo.quod valeat
conſuetudo contra legem de conſue.c.ſi.dic ſi conſuetudo ſolũ obui
at legi poſitiue ꝛ non rationi ſuadenti vtilitateꝫ publicam: ꝛ ob vi
tandum mortale peccatum introducte: hec valet: ſecus ſi obuiet ra-
tioni ſuadenti animarum vtilitatem ꝛ publicam: quia illa irratio-
8 nabilis vt hic ad hoc.j.de teſti.tuis.ꝛ quod ibi no. ¶ † Quid de iu-
ramento preſtando ad aduocatis ſecundum formam.l.rem non no-
uam.§.patroni: dic quod conſuetudo non excuſat. quia eadem eſt
ratio. Item conſuetudo non habetur: licet modo aduocati inuiceꝫ
9 ſibi deferentes hoc ſeruant pro euangelio. ¶ † Quero an valeat cõ
ſuetudo per quam differtur iuramentum ad calculum ſententie: di
cit Joan.an.in addi.ſpe.in ti.de iura.calum.§.ſequitur.verſi.ꝛ no.
quod Pil.tenuit.quod valebat conſuetudo quod iuramentum dif
feratur ad calculum ſententie: ꝛ ſic dicit Joan.an.ſe habuiſſe a do-
mino ſuo: qui fuit ſuo tempore aſſeſſor mediolani: quod iuramen-
tum exigebatur ſolum tempore ſententie: ꝛ a victore: ꝛ de hoc putat
pileum intellexiſſe: qui fuit de dioceſi. Nunquid autem poſſit reſcri
pto remitti iuramentum cal.Gloſ.dicit quod ſic dum tamen di-
catur: non obſtante lege tali: vt no.in.d.§.ſed quia: ꝛ dicit: qꝺ ſi vni
eſt remiſſum proderit aduerſario.C.de fruc.ꝛ.li.expen.l.ſi.ꝛ.c.pru-
dentiam.de mu.peti.ꝛ idem ibi Cy. Si tamen opponitur contra re
ſcriptum in cauſa iſta preambula iurabitur ſecundum eum: ꝛ quod
dixi aduerſarium vti illo iure: intelligit Fran.quando fuit impetra
tum a parte: ſecus ſi motu proprio principis fuiſſet conceſſum: ad
quod no.in.d.c.prudentiam in ſi.vltime glo.ꝛ quod no.in cle.in cle.
ff.de ver.ſig.in.q.illa: an reconuentio procedat in ſummaria. tenet
tamen pil.quod ſi reſcripto non vtatur: aduerſarius poterit vti.ff.
quod quiſqꝫ iuris.l.iij.§.primo.ff.de contra.ta.l.poſt morteꝫ.ad qꝫ
facit quod no.de reſti.ſpo.ex cõqueſtione.l.petende. C.de temp.in
inte.reſti.pe.que ponit Jo.an.i addi.ſpe.in loco prealle.Glo.ij.po-
nit duas cauſas preſtandi iuramentum calum tertiam addit Hoſt.
vt timore iuramenti nõ ſit immemor ſue ſalutis quo ad alia capita
10 que ꝯtinenᷓ per gl.ſ.c.j.vt.j.q.vlti.ſcim᷒ ſecundum Hoſt. ¶ † Que
ro aliquis litigat per procuratorem: dominus eſt longe remotus
puta vltra mare vel aliam longam peregrinationeꝫ: quomodo pro
uidebitur ſi procuratorem generalis quia non poſſit iurare de cal.
Glo.dicit quod dabitur curator: ꝛ ille iurabit de cal.ar.ff.de cur.bo.
dan.l.j.ꝛ.ij.dicunt doc. quod queſtio non procedit in procuratore
habente ſpecialem mandatuꝫ ad iurandum de cal.de iura.ca.c.vlti.
li.vj.quod puto hoc caſu etiam ſi velit dominum reſpondere vt per
ſonam magis inſtructam vel legaliorem: dum tamen omnino cau-
ſam neſciat maxime cum eſſet informatus de iuribus mandati qꝺ
ſpecialiſſimum debet eſſet: ꝛ hoc tenet Jo.an.c.ti.c.ſi.li.vi. Nec ve-
ra vt detur curator: quãdo non habet ſpeciale mandatum: quando
eſt omnino remotus ſe.i.ſi eſſet remotus: licet non in tantum: no.
vin.ſ.c.j.

vin.ſ.c.j.quod dabitur dilatio procuratori vt denuntiet dño vt.l.vl
ti.C.vbi in rez actio.⁊ in auẗ.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opʒ
vt lit.nõ conte.qñ.§.quod ſi.Hic autem dicit quod admitteret hoc
caſu ꝓcurator ad iurandũ de calũ.de ꝓcura.petitio vel mittet ad iu
dicẽ loci:vt recipiet iuramentũ.ſm formã quam tradit ſpecu. in lo
co ꝑallega.vbi hic ponit ⁊ remittit ad ſpecu.eo.ti.§. reſtat.verſi.qd
ergo.Cy.in.l.ij.§.hoc etiam.C.e.ti.poſt iac.de arc. tenet primã pra
cticam vt detur curator qui iurabit per.l.ij.§.j.ff.de mu.⁊ ho.⁊ talis
iurabit vt no.in.§.qꝺ obſeruari ſm Ja.ſpec.vbi ſupra recitat.opi.⁊
reſidet in illa quod hoc caſu poterit ꝓcurator loco abſentis iurare
lʒ dicat qꝺ ⁊ alia practica ꝓcedit qꝺ detur curator. Hec practica qꝺ
det curator nõ plʒ Bar.q꞉ vbi ſpãliter datus eſt procurator non eſt
locus dationi curatoris ſicut tutela teſtamentaria excludit datiuã.
ff.de teſta.tu.l.ſi ſub conditione:⁊ no.j.de ap.ex parte.ij.ideo tũc te
net qꝺ ꝓcurator admittitur ⁊ ꝓcedit iudicium:q꞉ iura q̃ dicunt dñʒ
debere iurare loquunẗ qñ dominus de facili põt haberi.ff.de iudi.
l.ſi longiꝰ.⁊ qꝺ ibi no.item actio vtilis nõ cõpetit niſi facta ceſſione
⁊ tñ ſi cedens nõ poſſet haberi trãſit.ff.de act.⁊ ob.l.ij.ff.de inſti.l.j.et
ſ.l.damni.ff.de dam.infec.qꝺ plʒ q꞉ hoc etiã aĺs permittiẗ:vt ꝯ ad
miniſtratorẽ agatur durante officio quia non eſt ſpes de fine officij
niſi alias nõ permitteretẗ.ff.de tu.⁊ ra.diſ.l.niſi.§.j. certe.⁊ alia pra
ctica poteſt ſeruari vt detur curator:quia eo reſpectu quo datur cu
rator non eſt ibi ꝓcurator.ſ.quo ad finem iurandi de cal.ſed intelli
11 git,qꝺ gloſ.velit quod curator detur toti liti. ¶ †Oppo.qꝺ clerici
poſſint ꝑ alios iurare.ſ.eo.c.j.⁊ nõ cõpellanẗ.Cõtra ꝓcedit in cau
ſis collegij.Hic in cauſis ꝓprijs priuatis ⁊ patrimonialibus in qui
bus habent iurare:vt.ſ.dixi in laicis: quia ſi eligunt per ſe litigare
iurant ſi per procuratorem poſſunt iurare per alium habentem ſpe
12 ciale mandatũ ad hoc. ¶ †Not.vlti.glo.quod conſuetudo omni iu
ri contraria non valet vide tex.j.de proba.ad noſtram.

1 ☞ Jurare põt de calumnia procurator eccleſie vel vniuerſitatis nume.9.
2 Delegatus ex qua cã poſſit reuocari.
3 Citatus ad ſe pñtandum non videtur citatus ad comparendũ perſonaliter.
4 Clauſula de rato importat ſpeciale mandatum.
5 Litis conteſtatio inducitur ſola reſpõſiõe ad petita idem ⁊ per cõfeſſionem.
6 Jurari dʒ de calumnia ſtatim poſt litẽ cõteſtatã ⁊ ab vtraq꞉ parte ꝑſtari debet.
7 Juratur de calumnia ſuper iuribus temporalibus ſed non ſpiritualibus.
8 Sindici debent cauere de rato qñ de mandato ſuſpicaẗ vt qñ conſtituentes promittunt de rato.
9 Procurator priuati nõ iurat de calũnia ſine ſpãli mãdato niſi ſit cõſtitutus autoritate iudicis.
10 Procuratori cõſtituto ad cãs an debeãt dari inducie ad cõſulẽdum dñm vt de calumnia iuret.
11 Jurare an poſſit de calumnia excõmmunicatus in iudicio cõuẽtus.
12 Jurare pñt ⁊ debẽt de calumnia pupillus vel minor in caſibus quibus pñt ſtare in iudicio.
13 Judex qñ debeat interrogare partes litigantes.
14 Interrogationes partium ad qd ⁊ quare ꝑ iudicẽ ſiant.
15 Interrogationes iudiciarie quo tꝑe ſiant.
16 Interrogationes quo iure ſiant.
17 Reſpondere quando quis teneatur vel cogatur interrogationibꝰ iudicis.
18 Interrogatione facta per iudicem an poſſit ſuper ea offerri libellꝰ.
19 Interrogationibus iudiciarijs an ſit reſpondendum de credulitate ſeu veritate.
20 Interrogationes an poſſint fieri ꝑ iudicem delegatum.
21 Reſpõdere recuſans interrogatus vbi dʒ qñ habebitur ꝓ cõfitente vel negante.
22 Interrogatus an poſſideat ⁊ rñdet ſe nõ poſſidere cũ poſſideat an ex hoc puniatur.
23 Reſpondere an quis cõpellatur ad interrogationẽ aduerſarij.
24 Reſponſio quecũq꞉ an ſufficiat interrogationi facte.

1 Cum cauſam. ¶ †Procurator eccĺie ⁊ vni
uerſitatis de calũ.iurare põt.
hoc dicit.Eſt quedam narratio proceſſus cauſe vſq꞉ ad li
2 tem cõte.⁊ iuramentum calũ.iõ non diuiditur. ¶ †Not.
vnam cãm legitimã reuocandi delegatum qñ iudex vel partes corã
3 eo ſunt negligentes in ꝓſequendo. ¶ †No.ij.quod citatus vt ſe pre
ſentet conſpectui apoſtolice ſedis non videtur citatus vt perſonali
4 ter compareat.Jdeo poteſt per procuratorem cõparere. ¶ †Nota
argu.quod clauſula de rato importet ſpeciale mandatum vide gloſ.
5 de tranſact.contingit. de reli.do.conſtitutus. ¶ †No.quod ſola re
ſponſione ad petita inducitur lit.conte.Et facit quod per confeſſio
nem inducitur lit.conteſta.⁊ not.quod eo quod apparet libellum
porrectum ⁊ interrogatione ꝓcedente inducitur ⁊ probatur conte
ſtatio lit.⁊ eſt argu.pro opi.Hoſti.quod vltra libelli porrectionem
exigatur interrogatio partis vel iudicis.de contentis in libello:vt
6 inducatur lit.conte. ¶ †Not.tempus quo debeat iurare de calũ.q꞉
ſtatim poſt lit.conteſta.⁊ qꝺ iuramentum calũ.ab vtraq꞉ parte dʒ
ꝑſtari. ¶ No.ar.pro opi.Inno.vt procurator in cauſa eccleſie iurat
7 abſq꞉ ſpeciali mandato. ¶ †Oppo.qꝺ ſuper iuribus nõ iuretur de
calũ.ſ.eo.literas.Dic hoc verum in iuribus ſpũalibus ſed in tẽpo
ralibus ſic:ideo intellige ibi:⁊ in quibuſdam alijs.ſ.iuribus tempo
ralibus nõ ſpiritualibus:⁊ erat ſuper iuriſditiõe honore ⁊ diſtrictu
8 ville ſancti petri caſtri arioli vt in decre.licet.de proba. ¶ †Oppo.
quod non caueant ſindici de rato.l.item eoruʒ.§.actor.ff.qꝺ cuiuſq꞉
vni.dic qꝺ non cauent de rato niſi cum de mandato dubitatur: vt
ibi:vel dic qꝺ habebant mandatum ſub nomine ꝓcurato. que con
ſtituentes ꝑmiſerant habere ratum.ff.de procurato.ſi procuratorẽ.
de tranſac.contingit.de dolo cum dilecti.de quo.de relig.do.cum di
lectus ſm Hoſti.vel dic.de rato.i.cum decreto. ¶ Oppo. quod ar
chieꝑs agere debuerit coram ſeculari:ſi actor erat. de foro cõpeten.
cum ſit.⁊.c.ſi clericus.Dic quod notabat imperium coram quo agi
debebat.de fo.cõpe.licet vel fauentini erant violenti.eo. tit.cum ſit
vel noluerunt excipere.Hodie vero tota romandiola ſpectat ad ec
cleſiam:⁊ ſic recognouit Rodolphus Rex romanorũ.de quo.in ſpe
cu.de reſcrip.pñta.§.ratione cauſe.verſi. Jtem quod eſt obtentũ ab
Imperatore vbi etiam dicit qꝺ ſpecifice bononia fuit donata:quic
quid negent bononi.vbi etiam diſputat de validitate donationis:
eo quod fuit facta ante coronationem:⁊ concludit quod valet: quia
ſola electione conſequitur ius adminiſtrandi.xciij.diſt. legimus.in
auẗ.hec conſtitutio que de dignitatibus ſicut in papa vt in.c. licet.
de elec.lxxix. diſt.ſi quis pecuniam.de quo dic:vt in papa in data.vj.
Et idem illud confirmat Jo.and.in data.vj.de quo per Cy.in.l.be
9 ne a zenone.de quadri.preſ. ¶ †Oppo.quod procurator nõ iuret.
C.eo.auẗ.principales.⁊ maxime ſine ſpeciali mandato.eo.tit.c.ſi.li.
vj.⁊ tamen hic iurat procurator vniuerſitatis ſecularis: ⁊ procura
tor epi.Sol.poteſt dici quod hic habebant ꝓcuratores archieꝑi:et
cõis fauentie ſpeciale mandatum.Hoc eſt diuinare:⁊ contra tex.po
teſt dici quo ad procuratorem archieꝑi ſpeciale in clerico ⁊ in cauſa
eccleſie vt non exigatur ſpeciale mandatum ſecundũ Innoc. hic:et
ſupra eo.c.j.⁊ ad hoc optime tex.hic.Tu dic quod actor ſiue conſti
tuatur a non domino ſiue a dño vel ab vniuerſitate:quia cõſtituitur
autoritate iudicis hic iurat de calũ.⁊ actorem appello quẽcunq꞉ cõ
ſtitutum autoritate iudicis ſiue a dño:ſiue a non dño. Sindicus au
tem adhuc iurat de calum.⁊ appello illum eſſe ſindicum : ſecundum
Inno.etiã ſi cõſtituatur ſub nomine ꝓcuratoris eo qꝺ eſt conſtitu
tus ab vniuerſitate ſiue in re propria ſiue aliena:⁊ de hoc loquitur
hic:⁊ aduerte:quia ⁊ tunc iurat:q̃q̃ ſit ſpecialis ſindicus ad vnam
cauſam:licet in cauſis eccleſiaſticis ſiat differentia inter ſindicũ ſpe
cialem:⁊ vniuerſalem tenendo opinionem qꝺ ⁊ in cauſis eccleſiaſti
cis vt procurator ſpecialis iuret exigatur ſpeciale mandatũ:vt dixi
ſupra eo. Imperator. Dicit tamen nota dignum qꝺ epi ⁊ alij prela
ti ⁊ ſi domini non ſint:de dona.c.ij.per ſe tñ conſtituunt ꝓcuratorẽ:
⁊ ſine decreto ſuperioris quod nõ eſt in alio ſentiendum: de quo de
procurato.petitio.Vniuerſitas etiam proprie dicitur conſtituere
procuratorẽ in re ꝓpria vniuerſitatis.C.eo.l.ij.§.hoc etiã. Jtẽ acto
rem conſtituit vniuerſitas in rebus nõ ſuis.ff.qꝺ cuiuſq꞉ vniuer.l.itẽ
eorum.§.ſi actor.Hoſti.remittit de procurato.quia in cauſis.de ſin
dico.c.vno.Dic vt eo.ti.c.fina.⁊ dixi ſupra.c.j.Glo.in princi.eſt cla
10 ra.alleg.concor.vſq꞉ ad verſi.ſed cum iuramentũ.⁊ no.ibi. ¶ †Que
rit glo.conſtitutus eſt procurator ad cauſas petitur vt iuret de calũ.
petit tempus ad deliberandum vt cõſulat dominum an debeat da
ri:Glo.hic videtur dicere qꝺ non:quia cũ habeat reſpondere de cre
dulitate ſtatim eſt informatus vt credat vel non credat:vnde ſtatim
poteſt dicere credo:vel non credo:⁊ non poteſt dicere dubito:ſecus
dicit in ſacramento de veritate:quia cum habet reſpondere de veri
tate poteſt dicere dubito.ff.de interro.act.l.qui interrogatur. C. de
iur.delib.l.ſi curatoris. ¶ Vltimo concludit:quod etiam vbi iuraẗ
de calum.datur tempus ad deliberandũ.Jdem dicit glo.in dicta.l.
ij.C.de iura.calum.in.§.j.Aſſignant hic docto.cauſam quia confeſ
ſio per credit ſic preiudicat ſicut ⁊ preiudicat per verbũ ſcio.oportet
ergo quod deliberate reſpondeat.Butri.in dicta.l.ij.in reſponſiõe
ad poſitiones tenet quod debet dari dilatio:quia non ſufficit crede
re ſimpliciter:ſed oportet quod reſpondeat per credit informatum
aliqua ratione alias eſſet temerarium credere. C.de plagi.l.plagij.
l.iulia.§.ij.ff.de actio.emptio.Jdem dicit in.l.ſi.ff.de dila.⁊ in.l. to
tiens.ff.de interro.actio.⁊ in.l.iuſiurandum. ⁊ ad pecunias.ff.de iu
reiuran.Jdeo concludit quod cum interrogatur de facto alieno po
teſt petere tempus ad deliberandum : quia probabiliter ignorat.ff.
pro ſuo.l.fina.ſi de proprio ⁊ longinquo.Jdem.ff.de acquiren.poſ.
l.peregre.⁊.l.hac conſultiſſima.§.actum humana. C.qui teſtamen.
facere poſſ.l.ij.§.ſed quia.ff.de orig.iur. Si de proximo ⁊ intricato
idem ad hoc quod not.ff.de confeſſio.l.non fatetur.l. emptor .§.in
ciuo.ff.de pact.Si de proximo ⁊ non intricato non datur delibera

toria vt.l.ꝙꝙ.ad vel.de reſcrip.ab excōmunicato.Sic debet intelli
gi quod no.Jo.an.l.diſtin.ponderet.in.i.glo.⁊ hic.⁊ hec verba po-
nit Hoſtien.quo ad reſpondentem de facto proprio.i.de teſti. ex te-
nore.vbi Jo.and.ſuper.iij.glo.Cyn.tenet idem in reſponſiõe ad po
ſitiones in iuramento calū.dicit quod non debet dari dilatio: quia
habuit eā ſatis in reſponſione ad libellum ⁊ hoc ponit in.l.ij.in prin
cip.in.v.q.nec habet timere periurium:quia de veritate non iurat.
Item qꝛ reſponſio ad poſitiones que fiunt per iuramentum calum.
equiparatur reſponſioni:que fit ad interrogationem iudicis: quia
ibi ⁊ hic reſpondetur de credulitate. Sed interrogationibus datur
dilatio ad deliberandum.ff.de interro.ac.qui interrogatur.ergo ⁊c.
ff.de petitio.heredi.l.ſi debitor ſecundum Cyn.Hanc opi.etiam ſe-
quitur Bart.in dicta.l.ij.§.quod obſeruari. Archidia.l.diſtinctio.
ponderet dicit quod refert an interrogatus reſpondeat quod dubi
tat:⁊ dande ſunt dilationes ad reſpondendum:vt dicta.l.quod in-
terrogat an dicat ſe ignorare id ſuper quo interrogatur ⁊ compellē-
dus eſt preciſe vt reſpondeat qui non habet reſpōdere niſi quod cre
dit vt dicta.l.ij.§.ij.⁊ in auten.in iſto ſecundum Tan.⁊ remittit ad
ſpecu.eo.titu.§.vlti.ad ſi.⁊ de poſi.§.vj.verſi.Item not.⁊c. verſi.ſed
nunquid.Specu.poſt dominum ſuum.eo.titu.§.vlti. tenet opi.qꝺ
nō habeat deliberatorias per ea que dixit glo.Spec.in titu.de poſi
ti.§.ſexto.verſi.ſed nunquid diffuſe proſequitur hanc queſtionem
⁊ eius concluſio reducitur ad id qꝺ dixit But.⁊ Bart.ſ. Idem in eo
dem.§.ver.quid ſi dicit quod ſi ante iuramentum calum.interroge-
tur quod habet rn̄dere:⁊ de credulitate:⁊ veritate debet habere di-
latorias vbi probabiliter dubitat ſi poſt iuramentum: quia habet
reſpondere an credat vel non credit debet ſtatim cogi ad reſpondē
dum per illa que dicit glo.ſupra.Barto.in.l.iuſiurandum ⁊ ad pecu
nias.§.j.dicit qꝺ dari dꝫ qꝛ poſſibile ē qꝺ credit:vel nō credit qꝛ du-
bitat.ff.de teſta.l.de ſtatu .ad hoc quod no . Innocen.de exceptio.
cum venerabilis:nam poſſibile eſt quod non credit: nec diſcredit:ſꝫ
inter duo veriſimilia ducitur. Joan.and.in addi.ſpe.§.vl.in ſi.eo.ti.
tenet:⁊ dicit quod queſtio poteſt dupliciter intelligi. Primo an de
betur deliberatorie ſuper iuramento calum.preſtando:⁊ dicit quod
dabuntur dilatorie:vt no.glo.in dicta.l.ij.⁊ dicit qꝺ iſtud tenet py.⁊
fran.vercell.alleg.iuſiuran.⁊ ad pecunias.in prin.de iureiurando ⁊
Alexan.idem tenet:ſed dicit quod Cyn.contrarium tenet.C.eo.l.ij.
in.v.q.quia ſatis habuit tempus ad deliberandum in porrectione
libelli:⁊ reſponſione ad illud non debet ergo alias habere.C.de dila
tio.l.ſi quando.⁊ hoc placet Joan.and.Alio modo poteſt intelligi
an preſtito iuramento:ſi petitur tempus ad deliberandum in reſpō
ſione ad poſitionem ⁊ dicit qꝺ regulariter non datur niſi caſus ſit ita
perplexus ⁊ dubius vt debeatur per hic no.ſecundū Jo.and.Secun
dum hoc cōcluderetur qꝺ nunquam haberet deliberatorias princi-
pales niſi nouiter aliquid occurreret:quia ſemper debuiſſet delibe-
raſſe in libello ⁊ ſi procurator veniſſet ante lit.conte.idem ſi poſt de
beret habere.Puto quod ſi dubitetur an principalis debeat habe-
re deliberatorias ad iurandum de calum.dic quod nō:quia ſatis po
tuit deliberare de iuſtitia litis in reſponſione ad libellum per ſe vel
procuratorem.Sed an ad poſitiones debet habere deliberatorias ſi
fiat poſitio de contentis in libello circa que alias reſpondit negan-
do vel affirmando ſpecifice iterato non datur deliberatoria:quia ſuf
ficiunt prime ad libellum:nec poteſt aliter reſpondere quin detegat
ſe mendacem.Si fiat poſitio de alio non contento in libello:vel in
genere contento non tamen ſpecifice veriſimiliter meditato:ꝙꝙ ge
neralis petitio libelli ad illud poſſit trahi:⁊ debet habere delibera
torias inquantum habet probabilem cauſam ſuper illo dubitandi:
vt quia habet reſpondere de facto alieno:aut de facto ꝓprio de lon
ginquo vel intricato.Si queritur an procurator debeat habere di-
latorias ad iurandum de calū.ſi eſt procurator qui a principio litis
reſpondit libello hec habere non debet:quia non iurat niſi in gene
re de credulitate iuſtitie libelli ad quem alias habuit deliberatorias
Si queritur an debeat habere deliberatorias ad reſpondendum po
ſitionibus.Idem per omnia qꝺ ſupra dixi in domino:quia ſi fiat po
ſitio de contentis in libello ſpecifice ⁊ veriſimiliter meditato in re-
ſponſione ad libellum non debet habere deliberatorias. Si de con-
tento in genere in libello fiat ſpecifica poſitio:⁊ nō veriſimiliter me
ditato in libello dabitur noua dilatio:cum diſtinctio.Butri.an fa-
11 ctum ſit proprium vel alienum. ¶ †Quero an excōmunicatꝰ in iu-
dicio conuentus poſſit iurare de calū.Glo.alle. pro.⁊ contra ⁊ cōclu
dit qꝺ iurare debet alleg.expreſſum in.c.cum inter.de except.⁊ ne in
ſua facultate ſit nō reſpondere ⁊ calumniari: ⁊ hoc quia iuramentū
ꝓſtatur in odium ⁊ grauamen rei:⁊ ad vtilitatem aduerſarij: ⁊ talia
in eius odiū preſtari debent ſicut fit cōio ad eius odium ad hoc qꝺ
no.gloſſ.in dicto.c.cum inter.⁊ quod no.gloſſ.⁊ tex.de purga .ca.c.j.
12 †Per hoc infert hic Jo.and.quod pupillus in caſibus in quibꝰ po
teſt eſſe in iudicio:⁊ minor preſtent hoc iuramentum calū.de quo in
ſpecu.eo.ti.§.reſtat.ver.ſed cum pupillus.⁊ ver.ſed nunquid.⁊ de iu
deo:⁊ ſub qua forma iuret vide.e.§.ver.ſed nunquid iudeus. Butri.
in.l.ſi.concludit quod ſi eſt infans cauſam per ſe agere non poteſt:
ideo non iurat immo iurabit tutor qui ſolus cauſam agit:⁊ qui ſo-
lus eſt notandus.l.j.§.ſed ſufficit.ff.de admi.tu.Si eſt maior infan
te altero de duobus modis poteſt agere cauſam : nā poteſt ipſe tu-
tor conueniri vel ipſe pupillus autoritate tutoris:immo quidā eos
ambos conueniunt dicentes ago cōtra tutorem ⁊ pupillum autori
tate tutoris.Dic quod adhuc iurabit tutor ⁊ aſſignat duplicē cau
ſam quare nō iurat pupillus:qꝛ iuramentū calū.eſt de ſubſtantiali-
bus iudicij:ideo exigit perſonam integrā cuiuſmodi nō eſt minor.
Itē qꝛ dꝫ iurare de q̄litate cauſe:⁊ q̄litatē cāe veriſimilr ignorat iuris
preſumptiõe:quia nō ſufficit credere niſi iuſta rõne credatur.l.iuſta.
§.ij.ff.de act.emp.⁊.l.plagij.C.ad.l.fal.de plagi.Idem Cyn.quia ꝓ-
ſtans autoritatē videt principaliter agens:qꝛ oia noſtra facimus q-
bus autoritatē ⁊c.l.ij.§.ſed oia.C.de vete.iur.enu.Idem tenet Bar
to.⁊ aſſignat rõnem quā ſupra aſſignaui poſt But. Guil.tenet idē
in locis.ſ.alleg.Dicit tamen qꝺ vbi pupillus poteſt eſſe in iudicio
ſolus vt in cā momentanee poſſeſſionis qꝺ poterit iurare:⁊ debebit
⁊ hoc tenet in ver.ſed cum pupillus.in Specu.aūt ſed nunquid tenet
pupillos nō iurare.xxij.q.v.paruuli.⁊.c.pueri.⁊ ibi tāgit qn̄ litigat
ꝑ ꝓcuratorem ⁊ breuiter dꝫ iurare ꝓcurator ⁊ tutor. Tene qꝺ in cā
quā pōt ſolus agitare iurare poteſt ſi eſt doli capax:als non vt not.
13 xxij.q.v.paruuli. ¶ †Quero cū vltima glo.qn̄ ſint faciende interro
gationes:Dic qꝺ aliquando fiunt poſt lit.cōte. aliqn̄ ante poſt lit.
ꝯte.fiūt interrogatiões ad finem dirigēdi iudiciū ne iudiciū ſit elu-
ſorium que nō debent admitti vt ſi agatur reali interrogatur poſſeſ
ſor an poſſideat rem que petitur:⁊ pro qua parte:⁊ an deſierit poſſi-
dere dolo.ff.de interro.act.l.qui ſeruum.§.in iure.ff.de rei ven.l.qui
petitorio an ſit heres vel pro quota parte an in poteſtate habeat ſer
uum pro quo agitur noxali:vel non:an quadrupes qui dānum dede
rit ſit eius vel nō an ex teſtamēto ſit heres vel non an edes ſit ſua a q
bus dānum timet vel nō.Hoc colligit.ff.de interro.actio. l.q inter-
rogat.⁊ l.ſi quis in iure.⁊.l.ſeq.⁊.l.vl.⁊.l.vt alienū.Itē ad dirigēdū
iudiciū quandoꝗ fit interrogatio de etate:vt ſi dubitatur de perſo
na an poſſit eſſe in iudicio ſine curatore:vt ſ cum poſſit iudiciū in-
ſtitui poterit interrogari:⁊ debebit an ſit minor vel maior.vt.ff.de
intero.act.l.de etate.¶ Ad declarationem huius materie quero de
pluribus.Primo ad quid fiant interrogatiões.Secūdo quare fiāt
interrogationes.Tertio quo tempore fiant interrogationes.Quar
toꝰ quo iure fiant.Quinto qn̄ quis teneatur reſpondere vel cogatur.
Sexto an ſuper hac interrogatione offerat libellus.Septimo an ſit
reſpondendum de credulitate vel veritate.Octauo an fiant per iu-
14 dicem delegatum.¶ †Ad primum dic ꝙ quedā ſunt interrogatio
nes que fiunt ante lit.conteſt.⁊ hec fiunt ad preparationem iudicij vt
inſtruat qualiter an ⁊ pro qua parte vel quō debeat cōtra eū dirige
re iudicium vel libellum vt patet in interrogationibus hic poſitis ⁊
alijs ſupra additis in.l.totiens.ff.de interro.act.Quedam que fiunt
poſt lit.cōte.per titu.de cōfeſ.⁊ hec fiunt a parte ⁊ fiunt ad lit.deciſio
nem.Quedam que fiunt a teſte.⁊ hec fiunt ſimpliciter ad litis deci-
ſionem.vt.l.ſi poſtulauerit.§.queſtioni.ff.de adulte.⁊ no.j.de teſti.
cum cām.Dicit tamen But.in dicta.l.totiens qꝺ hec differunt:qꝛ il
le que fiunt a parte:fiunt ſub ſacramento calū.l.ij.§.quod obſeruari
de iura.cal.aliqn̄ etiam fiunt ſub ſacramento malitie:vel veritatis.
de iura.calum.c.j.lib.vj.Que autem fiunt a teſte:fiunt de veritate:⁊
ſub ſacramento veritatis:vt.l.iureiuran.C.de teſti.⁊ aut.ſed iudex.
C.de ſacroſanc.eccle.Nunquid autem ſub iuramento credulitatis
arctetur ad reſpondendum de veritate:⁊ econtra dixi.ſ.eo.cauſam.
Aduerte tn̄ qꝺ interrogationes que fiunt ante lit.conte.ſi certam in
tendo perſonam conuenire fiunt ab illa tm̄:alias fiunt generaliter.
Unde citant oēs quibus ad hoc ſpectat:ſi ſunt vel eſſe volunt here-
des.ff.de here.inſti.l.ſi quis inſtituatur.de bo.auto.iu. poſ.l.ij.qui.
ex cau.in poſ.ea.l.ſi diu.⁊ de ſuc.edic.l.j.Secundo quando fiant:dic
qꝺ quandoꝗ contingebat actorē plus petere:⁊ ſic incidebat in penā
ti.de plus peti.Item qn̄ꝗ conueniebat alium pro alio:⁊ ſic punien
dus.ff.de iudi.eū quē temere.de penis.calū.de dolo.ſinē. Itē qn̄ꝗ
non litigabat incertus ſ quem dirigeretur iudiciū.ff.de ſuc.edic.l.j.
vel in vanū litigabat qꝺ lex noluit vt dicta.l.ij.de iura.calū.⁊ ſic de-
uentū ad interrogationes:vt abbreuientur lites:⁊ non vacillet con
uentio vt.l.properandum.C.de iudic.l. ij.ff. de eo quod certo loco.
Hec vera in interrogationibus que fiunt ante lit.conte. In his que
fiunt poſtea:ille fiunt mediantibus poſitionibus:⁊ hoc ad releuan-
dum ꝓbationes ſuperfluas:vt in cle.ſi.de ver.ſignifi.Quicquid ſen-
tiat Cy.in.l.ij.§.qꝺ obſeruari.C.de iura.calū.vbi tangit certā mate
riam poſitionum.de quo de confeſ.c.ij.lib.vj.Et aliqn̄ ad declarādū
ꝓbationem:vt in.c.cum Joannes heremita.de fide inſtru.ſic ⁊ inter
rogationes que fiunt a teſtibus fiunt ad ſi.inueniēde veritatis. Ad
uertendum tamen quod interrogationes omnes fundantur ſuper
equitate vt fiāt vbi equitas mouerit iudicem ⁊ mouet equitas ante
lit.conteſta.vt pars ſit certa contra quam dirigat iudicium per qꝺ
dicit Butri.quod tantum in neceſſarijs ad certificandam partem in
ſiſtendum eſt vbi autem ſit a parte per titu.de confeſſio.poſt lit.con
teſta.ſufficit quod ſit vtilis licet non ſit omnino neceſſaria dummo
do non ſit impertinens.Unde equitas mouet iudicem eo quod eſt
pertinens.ff.de iureiuran.l.ſi duo patroni.⁊ de peti.heredi.l.ſi quis
liberta.

libertatem.⁊ de fideiuſ.mi.l.ſi fideiuſſor.§.j. Interrogatio autem ꝗ
fit a teſte:ſit vbi vtile ⁊ vbi neceſſariū:⁊ qñ teſtis vacillat:⁊ iudex hꝫ eū
ſuſpectū dꝫ equitas mouere iudicē ad omnes interrogationes: qui
bus poſſet teſtem decipere:⁊ eius mendaciū inuenire. Videt̄ tamen
ſm But.citius reperiri mendacium faciendo vnam generalem in-
terrogatiõne dicendo quid ſcis tu de tali facto:⁊ quid vidiſti? quā
faciendo tot interrogationes:quia ex eis quādoq; inſtruitur ad di
cendum ſꝫ ſi non habeat teſtem ſuſpectum:⁊ videat bono modo ꝓ-
cedere debet leuibus interrogationibus pertranſire ⁊ eius dictum
inquantum poteſt ⁊ eſt poſſibile pertranſire ſm Butri.in dicta.l.
15 totiens:⁊ dicta.l.vbicunq;.tam in antiqua ꝙ in noua.lec. ¶ †Ter
tio quando fiant.dic qꝺ quedam ſunt interrogationes que fiunt ad
iudicij ꝑparationem de quibus eſt dictū ⁊ hec fiunt ante lit.conte.
An autem fiant ante libellum porrectum But.dicit qꝺ debent fieri
ante libellum eo quia preparatoria ſunt libelli.l.qui petitorio.ff.de
rei ven.dicit etiam quod poteſt differri vſq; ad tempus porrectiõis
libelli:⁊ ſi aliter reſpondeat ꝙ dixi gerer̄ libellus poterit poſtea por
rigere iuxta reſponſionem rei poterit etiam poſt ea fieri vt inſtrua-
tur an deſiſtat.ff.de rei ven.l.qui pretorio.ſpec.de interroga. actio.
§.j.verſi.ſed nunquid prius eligit quod prius debeat porrigi libell⁹.
Io.an.concordat opi.vt primo debeat porrigi iudici:⁊ poſt porre-
ctionem iudici factam ſit interrogatio prius examinata petitione
per iudicem an opus ſit interrogare niſi forte aliter neſcit formare
petitionem vel actionem eligere niſi per reſponſionem rei certificet̄
Barto.in.l.j.dicit qꝺ cōis practica habet qꝺ ante narretur quod in-
tendit contra talem agere quare petit interrogari illum an poſſi-
deat vel an ſit heres:⁊ poſtea porrigitur libellus:⁊ hec practica vide
tur tutior:⁊ melior ne grauetur actor ad mutandū libellum vel refor
mandū licet aliqui porrigant libellum:⁊ petunt eū interrogari:⁊ li-
bellum porrigant ſub conditione que practica non eſt tuta:qr actus
legitimi non debent conditionaliter fieri. Non ob.quod actione in
ſtituta debet fieri interrogatio:vt.l.j.⁊.l.de etate.§.qui ex quadran
te.§.qui tacuit.de interrog.ac.quia ſatis dicitur inſtituta actio quo
ad propoſitum. Quedam ſunt interrogationes que fiunt circa deci
ſoria:⁊ hec fieri debent poſt lit.conte.vſq; ad concluſionem in cauſa
ſi ſunt interrogationes que fiant a teſtibus. An autem poſt publi-
cationem:vel concluſionem in cauſa fieri poſſint a teſtibus : ſaltem
ad declarandum vel addendum.dic vt de teſti.cauſam.de probatio.
licet cauſam.de teſtibus per tuas.⁊.c.cum clamor. Interrogatio-
nes aūt que fiunt a partibus poſſunt fieri poſt cōcluſionem in cauſa
ad declarandum probationem.de fi.inſtrumen.cum Io.heremita..
An autem fieri poſſint ad fundandam:vel iuuandam intentionē:
vidi dubitari. Aliqui enim dicebant quod non:quia iura regulari-
ter prohibent acta fieri poſt concluſionem in cauſa.de procurato.au
ditis.de fi.inſtru.cum Io.heremita.⁊.c.cum dilectus.de cau.poſſeſ.
paſtoralis.de teſti.ſignificauerūt.de cauſa poſ.cle.j. ¶ Conſului cō-
tra per tex.xxx.q.j.iudicantem.per tex.in.l.generaliter.C.de re.cre.
⁊ iureiuran.vbi poteſt deferri ſacramentum ad indagationem veri
tatis ſiue ad totum ſiue ad partem ꝓbandam in ipſa diffinitiua ſen
tentia per tex.iuncta glo.in.l.vbicunq;.ff.de interro.act. vbi poteſt
fieri interrogatio vſq; ad ſententiam in quacunq; parte iudicij ⁊ pa
tet exemplis.glo.ibi etiam ad intentionem ex toto fundandam:nā
16 poteſt interrogari ſcholaris an lect⁹ fuit ſibi accomodat⁹. ¶ †Ad
quartum quo iure fiant.dicit Butri.qꝺ olim iure actionis ⁊ ſic inſti
tuta actione fiebant interrogationes quod hodie eſt correctum qꝺ
intellige quo ad actionem non quo ad hoc vt non fiant interroga-
tiones:licet quidam ſecus dicere voluerint: quod reprobant doct.
legiſte:⁊ ſpec.in titu.de interro.ac.§.j.ver. illud. vbi examinat moti
ua dicentium contra:ideo ſit officio iudicis. Et ſi queritur quo offi
cio licet quidaꝫ dicunt qꝺ nobili offō iudicis quia mercenarium nō
competit ante lit.cōte.l.ediles.§.Item ſciendum.ff.de edil.edic.ad
hoc quod no.de ap.ſignificante.⁊ facit etiam tex.ibi quod non pla-
cet Butri.qr licet mercenarium deſeruiat poſt lit.cōteſt.valde tamē
deſeruit ante vt dicta.l.j.⁊ etiam poſt in executione:vt not.ff.de rei
vendi.l.qui reſtituere.⁊ hoc etiam tenet ⁊ in antiqua ⁊ noua lectura.
17 ¶ †Ad quintum nunquid cogatur reſpondere:dic ſm Butri.ſi lo
quimur de interrogationibus ante lit.conte. compellitur de ſuo et
meo iure reſpondere.⁊ hic vt me inſtruat ex reſponſiōe ſua ne ſim in
certus quem cōueniam:⁊ inquantum ⁊ per hoc patet quod talis in
terrogatio ſit demum vbi neceſſitas actoris hoc ſuadet poſt lit.cōte
ſta.ſi volo interrogare de iure meo:compellitur reſpondere parti de
confeſ.⁊ per iuramentum calumnie an ſibi mutuauerim vel nō ſi de
iure ſuo non tenetur reſpondere:vt.l.in ſpeciali.de rei ven.⁊.l.cogi.
de peti.here.niſi actor fundaſſet intentionem ſuam:quia tunc nō cō
pellitur preciſe:ſed cauſatiue ſi non velit ſub.vt.l.ſiue poſſidetis.C.
de probatio. Teſtis autem interrogari poteſt:⁊ ſi non ſubeſt alia cā
dummodo pertinens ſit interrogatio:ideo regulariter non compel
litur quis dicere an poſſideat titu.quia ſufficit quod dicat poſſideo
cum ex hoc certificet actorem in dirigenda actione. Fallit in petitio
ne hereditatis vbi oportet quod dicat ſe poſſidere pro herede:vel ꝓ
poſſeſſore:quia ſicut allegatio poſſeſſionis in alijs realibus dirigit

effectualiter actionem ita in petitione hereditatis hoc qualificatū
poſſidere pro herede vel pro poſſeſſore:ideo ſic oportet quod rñdeat
18 ¶ †Ad ſextum an debeat offerri libellus.dic quod non vt patet.de
officio.ordina.c.ſecundo.⁊ per ea que dixi.ē.de libel.obla.c.primo.
que repetunt.docto.in dicta.l.prima.ff.de interrogato. actio.⁊ po-
nit Butri.vbi ſummat gloſſ.in dicta.l.totiens.ff.de interroga.acti.
ſatis patet ex dictis ſupra quod ante lit.conteſta.de veritate poſt de
credulitate tamen quomodocūq; reſpondeat ſufficit querenti.
19 ¶ †Ad ſeptimum:dic quod per delegatum ⁊ ordinarium fieri po-
teſt videtur quod non quia non eſt firmatum officium delegati ante
lit.conteſta.ff.de procurato.l.ſi reus. gloſ.contradicit: quia hoc vi-
detur ſibi commiſſum ſine quo non poteſt commode iudicium expe
diri:vt.l.ij.ff.de iuriſditio.omnium iudi.⁊ ſupra.de offic.delega. de
cauſis.⁊.c.ex literis.⁊ de hoc vide per Innocen. j. de appellatio.ſi-
20 gnificante. ¶ †Ad vltimum an interrogationes que fiunt ante lit.
conteſta.fiunt ſub iuramento calum.dic ſub generali non: quia illō
exigitur poſt lit.conteſta.vt in.c.ij.de iuramento calum.ſub ſpecia-
le dicit quod ſic:vt.l.theſaurus.ff.ad exhi.hec vt plurimū tacta ſunt
per gloſſ.⁊ Butri.ſuper rubrica.in.l.j.ff.de interroga.acti.que trāſ-
21 ponit Cyn.ad.l.totiens.eo.titu.⁊ hec ſufficiant. ¶ †Quero quid
ſi interrogatus vbi debet reſpondere non vult.dic quod habebitur
pro confitente vel negante prout plus proderit aduerſario: vt.l. de
etate.§.qui tacuit.ff.de interro.actio. Sed hic eſt aduertendum:an
habeatur pro confeſſo eo ipſo quia requiritur:⁊ citatur ad reſpon-
dendum interrogationi vel poſitioni.gloſſ.ſe expedit.de confeſſio.
c.fina.libro.vj.quod non habetur pro confeſſo niſi ſit iuſſus a iudi-
ce vt reſpondeat per quod dicit quod non ſufficit citatio:vt veniat
ad reſpondendum nec iuſſus nuntij. Butrica.in dicta.l.prima.ff.de
interroga.actio.⁊ in.l.ij.§.quod obſeruari.tenet idem niſi tranſmit
tantur poſitiones vel id ſuper quo interrogatur:alias cū eſſet igno
rans non habetur pro reſpondēte: quia nec ibi caderet vera confeſ-
ſio.ff.de iuriſdi.omnium.iudi.l.ſi per errorem.⁊ hoc dicit in dicto.
§.qui tacuit.⁊ in dicta.l.ij. Specu.hic dicit vera. in titu.de poſitio.
§.nouo.verſicu.verum:vt non ſufficiat requiſitio per nuntium niſi
ſibi ſtatuatur terminus:vt veniat ad reſpondendum cum commina
tione quod ſi non veniat habebitur pro reſpondente ⁊ cōfitente quo
caſu dicit quod habebitur pro confeſſo. Iunge Butri.⁊ ſpec.quod
habeat̄ ꝓ cōfeſſo iuſſu iudicis in abſentem vel preſentem quando ſi
bi mittitur vt reſpondeat vel veniat ad reſpondendum cum cōmi-
natione vt niſi veniat habebitur pro confeſſo . Vbi autem dixi eum
haberi pro confeſſo.dicit Barto.quod hoc exigitur in dicta.l.ij.qꝺ
requiratur vt ſupra dixi quod recuſet ſine cauſa reſpondere: ⁊ quod
iudex pronuntiet eum haberi pro confeſſo contumacem in reſpon-
dendo vel pronuntiet eum ſine rationabili cauſa recuſare. Vñ opor
tet iudicem patefacere eius delictum antequā habeatur pro confeſ-
ſo.ff.de iure fiſ.l.eius qui delatorem:⁊ dicit Barto. quod ſi talis de-
cedat ante hanc denuntiationem ad eius heredem non tranſibit
pena:vt habeatur pro confeſſo vt dicta.l.eius qui delatorem ſcōm
Barto. Hec vera inquantum ſic eſt contumax ad reſpondēdum po
ſitioni. Per contumaciam autem ad reſpondendum libello non ha
bebitur pro confeſſo vt lite non conteſta.c.primo. poſſet forte habe
ri pro confeſſo ſi iuberetur vt reſpondeat vel ſibi libellus deſtinaret̄:
cum precepto reſpondendi:⁊ cōminatione vt niſi reſpondeat habe-
bitur pro confeſſo:⁊ eſſet ex hoc practica vtilis ſemper poſſe proce-
di in abſentem ad ſententiam diffinitiuam abſq; conteſtatione : et
eſſet hic conteſtatio ex ficta confeſſione ſicut in vera dixi.de lit.con-
22 teſta.c.j. ¶ †Quero aliquis interrogatus an poſſideat reſpondet
ſe non poſſidere cum poſſideat. an ex hoc mendacio puniatur. Re-
ſpondet gloſſ.quod ſi actor hoc probauit.ſ. quod poſſideat vbi re-
ſpōdet ſe non poſſidere res que petit̄ eſt illi auferenda : ⁊ debet dari
actori:quāuis non probet rem ſuam eſſe in penā mendacij.ff. de rei
ven.l.vlti. Hec vera dicit ibi glo.quando agitur reali ſecus ſi agere-
tur perſonali ad rem tradendam:quia hec pena non eſt a iure impo
ſita. Item hec vera ſi in negatiōe perſtitit vſq; ad aſſumptum onus
probandi tunc releuatur ab hac pena.ff.de iureiuran.l.ſi duo patro
ni.⁊.l.eum qui. Item hoc verum niſi conuentus remedio illius le-
gis incontinenti ſe offerat paratum probare dominum : quia tunc
impedit tranſlationem poſſeſſionis ſicut in alijs poſſeſſorijs dici-
mus quibus obſtat dominij exceptio:vt.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhibē
dum.⁊.l.ſi is a quo vt in poſſeſ.leg.⁊.l.iij.§.cauſa.ff.ad car.glo.tenet
contra in aut. Item ſi poſſeſſor.C.qui po.in pig.ha.⁊ hoc in penam
mendacij. Et eſt caſus in quo agenti poſſeſſorio adipiſcende.Nō ob.
exceptio dominij ꝙꝙ incontinenti offeratur probatio quod eſt no-
23 tandum. ¶ †Quero an ad interrogationem aduerſarij compellat̄
reſpondere.gloſſ.dicit quod non ſi tamen reſpondeat preiudicabit
reſponſio.ff.eodem.l.ſi ſententie.de dolo ⁊ contuma.prout hec vera
ſecundum Goſ.quando ſit interrogatio que ſit ante lit.conteſta.ſed
ad poſitionem bene tenetur reſpondere ſecundum Goffre.aſſignat
cauſam:quia interrogatio non ſit per iuramentum ſed poſitio ſic.
Contrarium dixi ſupra poſt Butric. Ideo dico idem in poſitione
quod in interrogatione. Nam interrogatio ⁊ poſitio licet fiat per

partem.i.materia ſuper qua interrogatur pars non arctatur ad re-
ſpondendum niſi precedente iuſſu iudicis. Jdeo habet ſtilus curie
quod pars non arctatur ad reſpondendum poſitionibus niſi ſint
date in ſcriptis vt ponendo confiteatur:⁊ ſic equalitas hic inde ſer-
uetur.de mu.peti.prudentia.C.de fruct.⁊ lib.expen.l.fina.⁊ in regu
la.non licet.de regul.iuris.libro.vj. Jn interrogationibus autem
ante litem conteſta.etiam de practica curie.ille non dantur in ſcri-
ptis ſed iudex ad inſtantiam partis interrogat ſecundum domi.de
rota:ſua concluſione.xxxj.fatentur quod ſi non data in ſcriptis po-
tionē ad illam voluntarie reſpōdeat quod preiudicabit ſibi confeſ-
24 ſio.¶†Ultimo an ſufficiat quecunq; reſponſio.glo.dicit quod nō
Jmmo debet facere illum certum an reſpondet.ff.eo.l.de etate.§.ni
hil:alias dicit Jo.and.quod fiet interpretatio contra eum.de dolo
⁊ contuma.dilecti.remittit Hoſtien.ad ſummā.de iudi.§.que ſunt
neceſſaria.vſq; ad.§.illum autem. Antoni.de Butrio.

1 ☞ Jurat de calumnia per alium epiſcopus ꝑ illum agens.
2 Eps qd habeat priuilegium in litigando.
3 Juramentum habet per ſe eps preſtare ⁊ non ꝑ alium vbi eligit per
ſe litigare.
4 Juramentum non preſtat epiſcopus tactis euangelijs duobus ca-
ſibus.
5 Juramentum calumnie preſtare recuſans in quo puniatur.nu-
mero.23.
6 Eps quomodo non compellitur per alium litigare etiam in foro ſe
culari.
7 Juramentum calūnie an ſit ſemper a litigatoribus pſtandum vt re-
mitti nō poſſit.
8 Jurare cogitur epiſcopꝰ tactis ſcripturis niſi appareat iure oppo-
ſitum.vt nu.3.
9 Jurare de veritate dicenda an poſſit procurator vel alius admini-
ſtrator.
10 Juramentum veritatis de quibus poſſit quis preſtare ſalua con-
ſcientia.
11 Teſtis nō reddens cauſas concludentes certā ſui dicti ſcientiā an ⁊
in quibus probet.
12 Jurare non compellitur epiſcopus per ſe vbi per alium elegit liti-
gare.
13 Jurare recuſans an cadat a cauſa ipſo iure an vero ꝑ ſententiam.
14 Lex quando vtitur verbis futuri temporis nō eſt late ſententie ſed
ferende.
15 Jnſtantia iudicij an pereat ſi iudex nolit ferre ſn̄iam etiā cōtra recu
ſantem iurare de calumnia.
16 Juramentū calūnie in quibus cauſis pſtetur.
17 Juramentū calūnie an pſtetur in recuſatione iudicis.
18 Juramentū an preſtetur in cā denuntiationis.
19 Jurare an debeā de calūnia ſi emi rē a titio q̄ eſt ſempronij ⁊ illā ſcio
eſſe ſempronij.
20 Juramentū calumnie an ſit preſtandū in cā appellationis.
21 Juramentū calūnie ſi ſit preſtitū ante litem conteſtatā nō eſt iteran
dum poſt litem conteſtatam.
22 Juramentum calumnie an poſſit peti preſtari prope finem ſn̄ie.
23 Appellare poteſt qui pro confeſſo habetur nec dr̄ verus cōtumax et
ſic non auditur appellans vere confeſſus.
25 Jurans nunq̄ iurare etiam de calumnia ſi non iuret incidit in pe-
nas vt pro confeſſo habeatur ⁊ cadat a iure petito ⁊ ſi iuret an dicat
periurus.
26 Jurare de calumnia ſi vtraq; pars recuſat non habet locum pena
hic expreſſa.
27 Juramentum calumnie recuſans tutor preſtare non nocet pupillo
Jdem in prelato ⁊ ſindico.nu.28.

1 **Cum in cauſa.** ¶†Epiſcopus ꝑ aliū agēs
cauſam pecuniariam ꝑ illū
iurat de calum.ſi per ſe agat iurat propoſitis:ſed non ta-
ctis euangelijs.Secundo ponit penam non iurantis: et
2 ſunt due partes que patent.¶†No.ſpeciale priuilegium epiſcopi:
quia in cauſa etiam propria poteſt eligere per alium litigare:⁊ per
illum preſtat iuramentum calum.quia ſufficit illum iurare:⁊ vt ali-
quod ſit priuilegium epiſcopi iurabit procurator ſuus nec iurabit
in animam domini.intelligendo in cauſa eccleſie ad quod facit:q̄r
conſtituit ſindicum ⁊ actorem nulla hic induceretur ſpecialitas in
epiſcopo.¶No.quod epiſcopus poteſt eligere litigare per ſe:⁊ per
alium ⁊ ſua eſt electio non compellitur ergo per alium litigare.
3 ¶†No.qd vbi epiſcopus eligit per ſe litigare habet preſtare iura-
4 mentum per ſe ⁊ non per alium.¶†No.duos caſus in quibus non
preſtat epiſcopus iuramentum tactis ſed tantum propoſitis euan-
5 gelijs iurando de calum.ſed ⁊ teſtificando.¶†No.penas contuma
6 cium in preſtando iuramentum calum.¶†Oppo.quod compella
tur epiſcopus ad litigandum per alium.C.de procurato.l.penul.v.
q.iij.c.ſi.ix.q.iij.cum ſcimus.Solu.dicit Jo.an.quod quidam dicūt
epiſcopum litigantem in foro ſeculari cōpelli ad litigandum ꝑ aliū
Jn foro eccleſiaſtico eſt eius electio an velit litigare per ſe:an ꝑ aliū
vt hic.Alij dicunt illam corrigi ſecundū Hoſti.vel dic qd inquantū
illa iura dicūt debet per aliū litigare:dic debet.i.poteſt.ſimile.xxvi.
7 diſt.c.ſi.lxxiiij.diſt.quicunq;.ff.de iudi.l.⁊ poſt ſecūdū phi.¶†Op
po.quod iuramentū calumnie ſemper ſit preſtandum ſupra.eo.cete
rum.C.eo.l.ij.cuius cōtra.innuit litera. Jbi cum preſtandum fuerit
Solu.dicit Jo.and.illud nō pſtandum tempore iſto in omnibꝰ cau
ſis.vt.ſ.c.ij.⁊ ſic litera bene ſtat. Uel reſpicit ſtatum lit.quia non eſt
preſtandum ante lit.conteſta. Jtem quia licet non remittatur epo:
remittitur tn̄ parentibus ⁊ patronis:quia non eſt veriſimile eos ca
lumniari contra ſuos liberos ⁊ libertos.ff.qui. ſatiſ.cog.l.de die.§.
vlti.ff.de iureiuran.l.iuſiurandum.⁊ ad pecunias.§.qui iuſiurandū
ſecundum phi.licet hoc vltimum non placet fran. Jdem tenet Bu
tri.quod remittatur in.l.ij.in princip.de iura.calum. Jdem Cyn.in
dicta.l.ij.§.ſed quia:q̄r.§.ille qui dicit quod non poteſt remitti loq
tur de remiſſione hominis non de remiſſione iuris ⁊ idem Bart.in
dicta.l.ij.in princ.qui ſequuntur in hoc accurſium. Aliqui tenēt cō-
trarium vt Fran.quia ſi non remittitur epiſcopo qui pater eſt.de re
ſtitu.ſpo.conquerente cum cōcor.in glo.ij.nec patri vel patrono:et
tenuit hic Hoſtien.Pyl.⁊ Tan.vt no.Hoſtien.eo.ti. in ſum.§.i.al.
ij.in ſi.primū tenet Azo.⁊ Accur.quia ius vetus non reperitur ī hoc
correctum:⁊ hoc tenet Joan.an.in addi.ſpecu.eo.titu.§.ij.verſi.⁊ no.
8 ¶†Oppo.q̄ epiſcopus debeat iurare tactis ſcripturis ſicut ⁊ alij.
i.q.vij.quotiens.de iureiur.ego.N.So.regula eſt quod epiſcopus ⁊
quicunq; iurando debet tangere ſacramēta:⁊ ſic corporaliter iurare
cuius formam vide plene per glo.in cle.i.de here.niſi apparet in iu-
re expreſſum oppoſitum.vt no.glo.de elec.vt circa.li.vj.in verbo co-
ram in ſi.¶Uenio ad queſtiones.Primo quero an poſſit procura
tor vel alius adminiſtrator iurare de veritate dicenda.Secundo de
quibus quis poſſit ſalua conſcientia preſtare iuramentum verita-
9 tis.†Ad primum dic quod quidam ſunt procuratores habētes mā
datum ab homine quidam adminiſtratores habentes adminiſtra-
tionem vniuerſalem ab homine:vel a iure autoritate iudicis primi:
vt procuratores licet poſſint preſtare iuramentum calum.non pre-
ſtant iuramentum de veritate dicenda:eo quod ſimpliciter ſunt cō-
ſtituti.Sed dicendum quod aut habent ſpeciale mandatum ad iu-
randum in animam committentium ⁊ poſſunt iurare non tn̄ reſpō
debit per ſe aliquid:ſed ſecundum qd cōmittetur ab illis qui mādāt
de teſti.pn̄tium.li.vj.Si non habet mandatum ſpeciale ad iuran-
dum in animā.Dic qd quoddā eſt iuramentum calū.⁊ hoc pōt pre-
ſtare ꝓcurator ꝓut in animam ſuā preſtat abſq; alio mandato ſpe-
ciali:quia habet iurare de credulitate:⁊ qs de ſuo ⁊ alieno facto cre
dere poteſt.Quoddā eſt iuramentum veritatis:⁊ in his de quibus
poteſt informatus eſſe circa litem vt de quantitate expenſarum vel
pro decidenda lite de facto:de quo eſt informatꝰ poteſt iurare de ve-
ritate. Jn deciſorijs autem de quibus nō eſt informatus vt penden-
tibus ab alieno facto poteſt ⁊ compellitur ſi ad hoc habeat ſpeciale
mandatum:vel ſi habet adminiſtrationem vel ſit conſtitutus in rē
ſuam.ff.de iureiurā.l.iuſiurandum qd.ff.de procur.l.procurator. an
quāuis ille.ll.loquantur tantū in deferente non in faciente. Jn alijs
aūt ꝓcuratoribus habentibus ſimplex mandatum quidā dicūt qd
non poſſunt pſtare iuramentū veritatis:quia in talibus nō excuſat
credulitas niſi adſit veritas. Nam poſſibile eſt qd illud de quo ego
quero ſciat dominus:⁊ non procurator ad hoc de reſcrip. ab excom
municato.⁊ ſic diuerſimode rn̄debūt.ar.ff.de in lit.iurā.l.videamꝰ.
in prin. Jn alijs vr̄ qd volentes admittuntur:ſed nō cōpellunt:vt in
tutoribꝰ vt dicta.l.videamꝰ:q̄r qn̄ voluntarie recipiunt eſt veriſile qd
ſint de veritate informati ſuſcipiendo veritatis iuſm.arg. de ꝓcur.
in noſtra.ideo nō compellitur ne cogatur anceps periuriū incurre-
re:vt dicta.l.videamꝰ.Sed dicit Jnno.qd ibi non admittunt volen-
tes propter defectum pupilli qui iurare non poteſt per que dicit q̄
licet procurator preſtet iuramentum de calū.nihilominus dominꝰ
iurabit de veritate.C.de procur.l.vl.ff.de procuratoribus.l.ſi actor.
quāuis illud loquatur de iuramento calumnie. Sed dicit Hoſtien.
quod hec non eſt ſufficiens reſponſio ad virum ⁊ vxorem:vt dicta.l.
videamus.⁊ adoleſcentes de quibus non eſt dubium qd iurare pn̄t:
vt aut.ſacramēta.C.ſi aduer.ven.xxij.q.v.paruuli.⁊.c.pueri.qua ꝓ-
pter Hoſt.concludere videtur quod voluntarij admittuntur ratio-
ne predicta:quia preſumuntur informati tamen poſtea reſtringit
ad habentes ſpeciale mandatum alleg.c.diſt.optatum.xvij.qd.iij.
alſs.iij.metuentes.Quoddā eſt iuramentū affectionis:⁊ hoc a ꝓcu-
ratore non preſtatur:quia non poteſt ſcire affectionem ipſius cuius
nomine preſtat iuramentum.Si loquimur de adminiſtratoribꝰ ha
bentibus mādant a iure vel iudicis autoritate:vt ſunt tutores acto
res ⁊ ſindici tales bene poſſunt iurare de veritate dicenda.C.de iud.
l.properandum.§.i.C.de re.cre.l.pe.C.de iura.calū. l. ij.§.quod ob-
ſeruari.ff.de noxa.quotiens.§.cos.⁊.§.pretor ait.⁊ hoc in iuramen-
to veritatis quo ad iuramentum affectionis:⁊ illud a predictis nō
preſtatur niſi in caſibus.ff.de in litem.iuran.l.videamus.in princip.
10 vſq; ad.§.de fure.¶†Ad ſecundum de quibus ſit preſtandum iu-
ramentum dicit Jnnocen.quod iurat non tantum de his que videt
ſed etiam

ſed etiam de his que indubitanter nouit ac ſi dicat Inno. qđ ita poſ
ſum bona conſcientia confiteri que indubitanter noui vel que firmi
ter credo ſicut ea que vidi: quia non vidi xp̄m crucifigi: tamen hoc
firmiter credo. Item nō vidi conſtantinum vel iuſtinianum Impe
ratorem: ⁊ tamen bene noui ſpecu. ad hoc qđ fides eſt circa ſpes ⁊ ex
pectatio future beatitudinis: quia de futura beatitudine nō poteſt
eſſe certitudo ſcientie: ſed credulitatis tantum. Sic eſt in iuramen-
to de dicenda veritate: q: iurans poteſt aſſerere illa vera eſſe de qui-
bus non dubitat licet non viderit: ⁊ lex dicit factum ſciri: ⁊ indubi-
tatum eſſe: quia quandocunq̧ auditu percipitur. ff. de aqua plu. ar.
l. in ſumma. §. Item labeo. de quo. in ſpecu. de proba. §. j. ver. ⁊ not.
In teſte autem teſtificante videtur quod nō poſſit aſſerere in verita
te ſe ſcire aliquid eſſe niſi viderit: q: teſtificari debet non tm̄ de his q̄
ſcit: ſed que in eius preſentia geſta ſunt. C. de teſti. l. teſtium ſm Inn-
no. q: iurat non tm̄ de veritate dicenda: ſed de his que in eius p̄ntia
geſta ſunt. Per hec cōcludit Hoſtien. qđ iuramentum de veritate
eſt ſecundū cōſcientiā iurantis: ad hoc qđ no. s. eo. literas nec eſt p-
iurus: qui qđ falſum eſt affirmat credens verum: ſic iudex ſecundū iu
ra p̄nuntiat ſed non iurat ſimpliciter p̄nūtiare ſcđm quod iuſtum
fuerit: ſed quod ſibi iuſtū viſum fuerit. vt in auten. vt iuñuran. qđ p-
ſta. ab his. §. ⁊ equum col. j. ⁊ de re iudi. cum eterni. ibi contra cōſcien
tiam. lib. vj. Puto qđ licet teſtis iuret de dicenda veritate etiā quaꝫ
ſcit quod ſi aſſignet cauſas per quas hoc indubitanter credit licet in
veritate neſciat qđ ex hoc non concluditur periurus: quia ſatis dici
tur verum eſſe quod aſſerit ſecundū ſuam cōſcientiā putando illud
eſſe verum licet non concludat cauſas concludentes certam ſcientiā
11 † Nunquid autem probet ſi ſimus in caſu in quo exigitur aperta p-
batio non p̄baret niſi cauſas allegat concludētes certam ſcientiam
vt in. c. cum cauſaꝫ. j. de teſti. vbi ſufficeret preſumpta probatio vt in
facto antiquato: vel vbi non poteſt haberi p̄batio vera de facili tūc
bene probaret cōcludendo cauſas ex quibus non concluderet certaꝫ
ſcientiam: ſed vehementer opinatā dato quod etiam iuraſſet ſe pro
certo ſcire vt. j. de teſti. preterea: ⁊ de preſump. tertio loco. quedam q̄
ponit hic Inno. de p̄curatore: qui preſtat duplex iuramentum expe
diui. s. c. j. ¶ Glo. op. quod tangat ſacramenta. j. q. vij. quotiens gl.
dicit quod regulariter tangit. Fallit in caſibus dixi ſupra in preſ by-
12 tero. dic qđ tangit etiā in his caſibus. xiiij. qđ. ij. c. ij. ¶ † Oppo. qđ
epiſcopus non compellatur iurare. s. c. j. dic qđ non cōpellitur vbi
eligit per alium litigare: ſed ſi eligat per ſe litigare compellitur: vt
13 eſt dictum ibi. ¶ † Querit glo. an actor cadat a cauſa ipſo iure: an
per ſniam: dic quod cadit a cauſa per ſniam: quia iudex p̄cedit con-
tra actorem: ac ſi nihil probaſſet reum abſoluendo ⁊ eodē modo con
demnabit reum. e. ti. principales. in fi. Hoſti. dicit quoſdam tenere
qđ per ſniam per iura que allegat glo. l. p̄perandū. §. ſed ⁊ ſiquidem
C. de iudi. recitat alios dicere quod ipſo iure actor cadat a cauſa: qđ
poſtea per ſententiā declarat: quia renuit abſolui reus ipſo iure ha
betur pro confeſſo: ⁊ impetitur ſine probatione ⁊ cōdemnatur vt in
legibus vnde ſumptus eſt hic. §. ad hoc in aut. de legi. a's de litigio-
ſis. §. edita. in fi. col. viij. x. q. ij. qui res iam. verſi. emphiteoſis: ſic de-
bet intelligi in ſum. eo. ti. §. fi. Bar. et butri. ⁊ Cy. in. d. l. ij. tenent qđ
per ſniam in vtroq̧ ne iudicium claudicet: q: ſi in reo expectatur ſen
tentia: vt q: nō habet niſi p̄ confeſſo: ergo etiam in actore expectat
ſnia vt cadat ab actione: nā ⁊ ex parte rei oportet quod p̄nuntietur
vel qđ habeat p̄ confeſſo: vel qđ voluerit iurare vel quod ſine cā recu
ſauerit per. l. eius qui delatorem. de iure fiſ. ⁊ dic qđ ſi deceſſerit ante
iſtam denuntiationē qđ non preiudicabit heredib9 vt. d. l. eius qui.
Idem qđ no. in ſimili. in. l. in criminali. C. de iur. om. iudi. vide Bar
to. in dicta. l. in criminali ad deciſionē eius quod dicit hic Innoc. p
que dicit But. qđ ſi ſtatuta bānitū habeant pro confeſſo qđ nihilo-
minus ante executionem debet condemnari quod licet habeatur
p̄ cōfeſſo: expectat ſententia qđ puto ⁊ in ciuili: ⁊ in criminali: vt in
hoc confeſſio hec ficta minus habeat q̄ vera vt licet in vera aliquā-
do expectet executio vel preceptum executiuū. ff. de iudi. ſi debitori:
nō procedit hoc in cōfeſſione ficta licet poſſet dici qđ hic ideo expe-
ctatur ſnia: quia ſurgit hec ficta poſt litē conte. quo caſu expectatur
ſnia ſicut in vera vt in. c. dudum. de elec. ⁊ qđ dicam de confeſſione. c.
14 fina. ¶ † No. glo. quod vbi in futurū loquitur qđ non eſt canon late
ſed ferēde: vide glo. C. de iur. om. iu. l. fi. C. ne li. po. l. j. l. ſi quis in tan
tam. C. vñ vi. l. iubemus. §. ſane. C. de epiſc. ⁊ cle. in aut. nouo iure. C.
de pe. iu. qui ma. iu. C. quō ⁊ qñ in aut. qui ſemel. dixi in. c. ſi diligen-
15 ti. de foro compe. † Sed eſt dubium an ſi iudex nolit ferre ſniam cō-
tra recuſantem preſtare iuramentum calū. ⁊ pereat inſtantia iudicij
an habebit aliquā actionē ille qui contendebat cū recuſante iurare.
Item ſi iterato agat qui recuſauerit iurare an poterit contra eū exci
pi tu debes cadere a lite: ergo non debes audiri agens argu. ff. de in-
offi. teſta. l. papi. §. ſi filius. dicit Inno. ſe non credere qđ poſſit age-
re vel excipere. de recuſatione iuramenti: quia ea que veniunt poſt
lit. conte. valde pertinent ad offm̄ iudicis. ff. de edi. edict. l. ediles. §.
Item ſciendum: ⁊ nephas eſt ex lite litem oriri. l. iij. C. de fruc. ⁊ li. ex
pen. iudex tamen tenetur ex hoc. C. de iudi. l. ſancimus inſtitu. de ob
li. que ex quaſi delic. in prin. quod intellige ſi fuit petitum vt ſenten-
tiet: vt no. de reſcrip. c. ſi. per glo. ⁊ no. in. l. p̄perandum. §. ſin autem.
C. de iudicijs. ⁊ in. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. hec
vera dicit Innocen. quando negotium eſt terminatū per ſententiā
que finit officium iudicis: vt dicta. l. terminato. C. de fruc. ⁊ lit. expē.
⁊ patet in. l. iiij. C. depoſi. ſecus ſi non ſit terminatum per ſniam: ſed
perijt principale negotium propter interitū rei vel alia ſimili cau-
ſa tunc enim fertur ſententia propter acceſſorium. ff. de rei vendi. vel
alia ſimili cauſa. l. Item ſi verberatum ⁊. l. vtiq̧. hec procedunt quā-
do priuatio eſt facienda ex actu iudiciali: vel non actu. Secus ſi ex
actu vel non actu extraiudiciali. Nam decre. dicit quod ſi quis elege
rit contra formam priuetur poteſtate eligendi poteſt enim ad hanc
penam agi ſemper: vt de electio. qua propter vbi no. Alij dicunt qđ
etiam agi poterit finito iudicio vt cadat a lite ſecundum Innocen.
⁊ eam ad literam recitauit Inno. Hoſtien. ⁊ Jo. an. nihil approbās
contrarium eius quod dicit hic Inno. primo. ⁊ ſic ſecundā opi. ſen-
tit Bar. C. de iur. om. iudi. l. in criminali: vbi trahenti ad iudicium
imponitur pena vt actor cadat ab actione: ⁊ reus habeatur pro cō-
feſſo: ⁊ dicit qđ etiam finito iudicio poterit agi condi. ex illa. l. ⁊ con
ſequenter excipi: ⁊ illud etiam ibi tenet gl. Nec ob. ſi dicatur aut nō
eſt proceſſum ad aliquam ſententiam: ⁊ iure noſtro nō perit inſtan-
tia et ſic ſemper poterit peti et agi ex quo durat inſtantia: quia du
rat iudicis officiuꝫ: ⁊ de hoc caſu dubitatur ſi perit vt de iure ciuili:
ſecundum Barto. Aut lata eſt ſententia ⁊ ſi pro illo ad cui9 cōmo-
dum alter debeat cadere a cauſa: vt quia lata eſt pro reo: vbi actor eſt
contumax in iurando vel lata eſt pro actore vbi reus fuit contumax
⁊ adhuc non procedit dubium: q: iam habuit obtentum eius ad qđ
tendebat pena contumacie aut ſecuta eſt ſententia cōtra illum: ad
cuius cōmodum alter debebat cadere a cauſa vel haberi pro cōfeſſo
⁊ tunc eo ipſo quod petitum eſt vt fiat condemnatio: ⁊ non eſt facta
vel ſi non eſt petitum cum peti poterat vel non exceptū modo poſt
ſententiam non poterit opponi: q: pretextu nouiter reperti non re-
tractatur ſententia: ⁊ quia contra ius partis eſt tranſit in rem iudi.
ſi non eſt appellatum: ⁊ ſic videtur qđ agens nō debeat audiri: ⁊ ſi eſt
appellatum non procedit dubium: quia iudex ad quem ſubrogatur
in officio primi breuiter puto quod ſi eſt exceptum vel petitum de
pena quod nō audiatur in alia inſtantia: q: hoc vr̄ eſſe reprobatum.
ar. ff. de compen. l. qđ in diem. ordinatur enim actio ⁊ exceptio ad eū
dem finem: ⁊ variatur iudicium de plenario ad plenarium: vt dicam
j. de ordi. cog. ſuper ſpoliatione: ⁊ no. in. l. j. C. de ordi. iudi. per Bar.
in. l. qui rome. §. duo fratres. de verb. obli. ſed vbi nō fuiſſet oppoſi-
tum in primo iudicio ſi venit per viam exceptionis non auditur: q:
ante potuit opponere. Si p̄ viā actionis auditur: q: nunc agit con-
tra ſniatum ex altera cā: ⁊ ſic procederet dubium ⁊ determinatio: q:
ſatis puto qđ producat ius agendi ex quo diſpoſitio legis ſtatuitur
vt cadat in penā ad hoc qđ no. in. l. j. de condi. ex. l. contraria loquun
tur quando non proditur niſi officium iudicis deſeruiens inſtantie
vt qñ lex dirigit verba ad iudicem: hic autem indefinite loquitur ca
dat a iure: ⁊ habeatur pro confeſſo: ⁊ eſt lex puniens: quo caſu ſcđm
theoricā Barto. in. d. l. ita producitur actio ex. l. ad hoc. l. ſtatuas. de
acqui. re. do. Nō ob. qđ no. Bar. in dicta. l. in criminali inquantū di-
cit q̄ ſi tractus in vetito examine opponat de incōpetentia: ⁊ con-
tra eū p̄nuntietur qđ poſtea auditur dicens incōpetentē in alia in-
ſtantia: q: ibi variatur modus agendi de ſummario ad plenarium:
⁊ finis quia ibi finis erat ſuper hoc qđ eſſet incōpetens: ⁊ finis ſecun
16 di erat pene. hic vtrobiq̧ erat idem finis ⁊ hoc tenēdū eſt. ¶ † Que
ro de aliquibus obmiſſis in titu. vtilibus primo in quibus cauſis p̄
ſtetur iuramentum calū. de criminali. s. c. j. de ſpirituali. s. c. literas.
eo. ti. c. ij. de cauſa inquiſitionis. Aliqui dicunt an ex offō: ⁊ non iu-
ratur an ad inſtantiam partis: ⁊ iuratur. Collectarius indiſtincte tꝫ
qđ iuratur. Jo. de ligna. tenet qđ nō iuratur: q: ibi actio eſt fatua et
principalis pars nō cenſetur iudex vbi procedit ex mero officio. de
accu. qualiter. §. cuꝫ oporteat. Item q: calumnie preſumptio ceſſat
in iudice inquirente: ſi tamen iuraret non eſſe iniquum. de hoc. s. c. j.
17 ¶ † Quero an preſtetur in recuſatione iudicis: aliqui qđ ſic: alij con
tra quia hoc iuramentum preſtatur poſt lit. cōte. ⁊ recuſatio p̄poni
18 tur ante lit. cōte. de re iudi. inter monaſterium. † Quid in cauſa de-
nuntiationis: dic in euangelica non iuratur in iudiciali priuata be-
19 ne iuratur idem de publica ſm Joan. de lig. † Quid ſi emi rem a ti-
tio que eſt ſempronij: ſcio qđ eſt ſempronij an potero iurare: dic qđ
ſi ſcio priuatim eſſe ſuam debeo iurare: q: calū. cauſa non litigo: ſed
vt conſecrationem ius agendi. de euictione dicit glo. in dicta. l. ij. iu
rabit tamen qđ iuſte litigat: ⁊ ex iuſta cauſa: ſi ſcio publice ita qđ eſt
notorium nō potero cogi iurare ſed debeo bonā fidem agnoſcere. ff.
de nego. geſt. l. at qui natura. §. ſi cum me abſente: vbi etiam glo. tan
git. ⁊ facit qđ no. de poſtu. prela. bone ſm pe. in dicta. l. ij. Tutū etiā
eſſet quod primo caſu ſe exoneraret: vt no. in dicto. cap. bone. Idem
Guil. ⁊ Joan. and. in addi. ſpecu. in titu. de iuramento calum. §. fin.
20 verſi. quid ſi emptor. † Quid de cauſa appellationis diſputabunt le
21 giſte: dic vt in. c. ſecundo eo. titu. libro. vj. ¶ † Quero iuramentum
calumnie debet preſtari. lit. conteſta. quid ſi eſt preſtitum ante liteꝫ
conteſta. an iterabitur: dic quod non. argumen. auten. hoc ſacramē

tum.C.eo.⁊ tenet Cyn.in dicta.l.ij.in princ.⁊ quod dicit non preſtā-
22 dum ante lit.cōte.intellige parte inuita. ¶ †Quero ſi omiſſum eſt
poſt lit.conteſta.an poſſit ꝓpe finem ſententie peti vt iuretur de ca-
lū.Cyn.in dicta.l.ij.in prin.in.vij.q.dicit ꝙ compellitur iurare per
§.vlti.illius.l.qui dicit qđ in quocūqꝫ ſtatu lit.compellitur iurare:⁊
quia iudex corrigere debet ſuam fatuitatem non ob.l. pompo.§.ra
ti:quia terminus lit.cōte.non eſt terminus ad quem:ſed eſt termi-
nus a quo non habet ergo iuramentū limitatum in termino vſqꝫ ad
quem. Pe.dicit qđ ſi obmiſſum ſit a principio lit.conteſt.nō poteſt
pars petere vt preſtetur:ſꝫ ex officio iudex poteſt compellere ad p̄-
ſtandum cuius intereſt vt preſtetur.l.ij.§.ſed qꝛ veremur de iura.ca-
lū.Quedam enim ſunt que reſident in ſolo iudicis officio.ff.de con
di.ob cām.l.Idemqꝫ.§.vlti.⁊ no.in.l.in ciuile.C.de fur.Idem tenet
Io.eo.titu.c.j.lib.vj.vbi dicit qđ ad petitionem partis non poteſt
exigi poſt concluſionē in cauſa:vt in.c.paſtoralis.de cauſa poſ.de ꝓ
curatoribus.auditis.de fide inſtru.cū dilectus.Sed poſt cōcluſionē
in cauſa bene poterit ex officio.de fide inſtru.cum Io.heremita.ad
hoc.l.generaliter.C.de re.credi.⁊ facit qđ de interrogatione dixi.s.
eo.cām ⁊.l.vbicunqꝫ.C.de interro.actio.⁊ qđ no.glo.de pro.licet cāꝫ
23 ⁊.c.per tuas.de teſti. ¶ †Uenio ad penas dicitur hic qđ habetur ꝓ
confeſſo an habeatur pro confeſſo ſolum ad petita an etiam ita qđ
excludantur oēs exceptiones videtur qđ nō:quia ſi confitentur vera
petita poſſet opponere exceptionem.Butri.dicit qđ excluduntur
omnes exceptiones peremptorie quia ſic videtur intentus actoris:
concludendo obligatum:ſed non dilatorie quia bannitus ſic nō de-
24 beat audiri:quia hoc poteſt opponi licet confiteatur. ¶ †Que-
ro an hic qui habetur pro confeſſo poſſit appellare:dic quod ſic:vt
dicit gloſſ.l.creditor.§.iuſſus.ff.de appel.quia non eſt contumax in
nō veniendo:ſed in non parendo. ¶ No.quod licet vere cōfeſſus nō
audiatur appellans.de appella.romana.§.j.lib.vj.auditur tamen
ficte confeſſus:⁊ ſi dicatur quid proderit appellare cum etiam in cā
appellationis poſtea ex ficta cōfeſſione condemnetur:dic qđ opera
bitur ſm Cy.quia forte poſtea in cauſa appellationis oſtendet qđ
aliquo priuilegio tuebatur:quo minus arctaretur ad reſpondendū
⁊ ſic temperat etiam in.l.j.C.quorum appel.non re.vbi recitat Iac.
de are.qui dicit quod poteſt appellare:licet pe.tenuerit contra pro
pter multum contemptum iudicis:ſicut in illo qui verus eſt contu-
max in non veniendo:vt opi.pe.procedat quando nihil allegat ad
excuſandam contumaciam.Prima opi.procedat quando aliquid
allegatur:⁊ hoc tenet Io.and.in addi.ſpe.in titu.de iura.cal.§.ſi.v.
25 ſed nunquid. †Quid ſi aliquis iurauit nunquam preſtare iuramen-
tū cal.an ſi non iurat incidat in penam:quidam qđ ſic:⁊ ſibi impu-
tet.ff.ſi quis cau.l.ij.§.pe.dicendū qđ hoc iuramentū eſt temerariū
de quo eſt penitentia iniungenda:⁊ iuramentum remittendū:ſcđm
Cyn.ff.ad mu.l.vlti.in prin.Idem in ſpecu.⁊ Io.and.in ſpecu.eo.
titu.§.ſi.verſi.quid ſi actor.Old.tamen tenuit vt ibi recitat Io.an.
quod remittendum eſt iuramentum:quia ſcriptū eſt vouete ⁊c.j.de
voto.magne.nec quod ſi iuramentū eſt ſimplex intelligetur vt nemo
iuret nō ſubſiſtente cā:quia redigitur ad intellectum iuris:vt de iu-
reiurā.quanto.⁊.c.ad noſtram.iij.alias ſi ex mente voluit excludere
iuramentū cal.puto quod habeat ſeruare iuramentū:quia ex hoc ſo
lum ſequitur iudiciū priuatū:⁊ nō alterius:quia cadit a cā.Si tamē
actor vellet eum iurare non contentus ſola pena:pendet ex his que
dicā.j.nec puto dandam abſolutionem:quia ſeruari poteſt ſine inte
ritu ſalutis eterne licet cum in cōmodo proprio.Tu tene qđ remit-
titur iuramentum:qꝛ per nō iurare qđ excludit patit penam priua-
ti cōmodi:ex p̄cedenti contumacia ad quam cōmittendā:⁊ cōſeque-
ter peccandū ſe aſtringere nō pōt. ¶ †Quero quid ſi pars nō eſt cō
tenta pena an cogit iurare:pōt dici qđ ſic:ſm Specu.in.e.ti.§.ſina.
verſi.ſed quid.ff.de ven.inſpici.l.j.§.j.Uerius tamen putat ſufficere
p̄dictas penas ⁊ Ioan.and.dicit idem tenuiſſe Fran.vercellen.hic.
Quid ſi volens iurare velit penitere dicit Ioan.and.in addi.ſpecu.
eo.titu.§.ſin.v.ſed nunquid qđ poterit penitere.C.de appel.ſi quis
ij.q.vj.Itē puto hoc verum ſi poſtea velit iurare de preteritis quod
26 nō talis cā alias non ſatiſfieret. †Quid ſi vterqꝫ non vult iurare dic
qđ pena nō cōmittet:qꝛ vterqꝫ eſt in culpa:⁊ nil doloſus doloſo.⁊tū
iudex dicet:⁊ quia nō vultis iurare non volo vos audire:qꝛ iudiciū
eſſet fruſtratoriū.C.de ſen.prolatio.ex quo iuramentū exactuꝫ eſt vt
27 l.ij.§.ſed quia. ¶ †Quid ſi tutor vel curator non volunt iurare non
nocet pupillo.l.ſi quis iuſdi.nō ob.l.j.§.ij.C.de ſeruis fugi.l.quecū-
28 qꝫ.xvi.q.vi.ſi epm. †Quid ſi in prelato ⁊ ſindico nolente iurare:an
hoc preiudicet eccleſie.Ioan.and.in addi.ſpec.in eo.titu.§.ſi.verſi.
quid ſi tutor.dic per preal le.c.ſi epm quod nō preiudicabitur eccl'ie
ſed ſecundum Gui.de ſuza.in.l.iubemus.C.de ſacroſanc.eccle.ille
ſoluet de ſuo extimationem:vt dicta.l.quicunqꝫ in ſubſidium:ſi nō
habet vnde punitur eccleſia:ſed ex hoc ſequetur abſurdum:qꝛ agen
te prelato in cauſis eccleſie non iurabitur de cal.cum non iuranti nō
imponatur pena:ſed dic quod repelletur actor:quia iudiciū eſt fru-
ſtratorium vt modo dixi:ſed in reo abſente nolente iurare aderit ab
ſurditas:quia conſequetur aut vt non iuret aut non conueniatur.
Unde concludit qđ cum nolle iurare ⁊ confiteri ſint idem ſuccumbe

ret per tacitam confeſſionem abbatis vel ſindici ad hoc qđ no.in.l.
iubemus:⁊ hic tenet Gui.de ſuza.de hoc videtur caſus in.c.impera
toris quod eſt cetum quando non cōſtituit eccleſia tota aptum ad
iurandum vt ibi puto in hac ficta ſicut in vera ſtetur determationi.
c.preſentiam.de teſti.lib.vj.In procuratore autem contumace in iu
rando ſatis puto expeditum per tex.de confeſ.c.ſi.lib.vj.Et qđ not.
vt lit.nō conteſta.c.j.⁊ de poſtu.prela.c.j.per Inno.⁊ quod habetur
in ſpecu.de poſiti.§.nono poſt princip.

## ¶ De dilationibus. Rubrica.

¶ Iudicio cepto ſolent partes dilationes poſtulare quandoqꝫ ad
poſitiōes qnqꝫ ad ꝓbationes faciendas.ideo ⁊c.Materia.iij.q.ij.⁊
iij.⁊.v.q.v.per totum.dicit Hoſt.qđ licet rubrica ſit generalis tamen
decre.non loquunt.de dila.ante litē conte.ſm Hoſt. ¶ Opp.qđ de-
buerit poni ante ti.de fo.compe.qꝛ dant dilationes in citationibꝰ:
dic quod ſimili ratione debuit poni poſt:qꝛ poſt cōparationē dant
dilationes ad ꝓbandam declinatoriā:ſimiliter debuiſſet poni poſt
titu.de lib.ob.qꝛ libello porrecto dant dilationes ad reſpondenduꝫ
libello:ſed qꝛ dilationes q̄ dant ad ꝓbandū obtinent principatū:et
cū maiori cauſe cognitiōe dant:⁊ ſunt maioris preiudicij de quibus
loquitur hic:⁊ loqui debet.Ideo locauit auctor hic rubricā ⁊ ſic fuit
locata in codice quod facit ad id quod no.in rubrica.C.de exceptio
ne.aliter locatur in.ff. Antonius de Butrio.

1 ☞ Dilatione breui ⁊ non licita cōceſſa vel peremptoria pōt ap-
pellari ab arcta dilatione.
2 Appellari licet a grauamine de preſenti ⁊ de futuro quando trahit
originem de preſenti ⁊ tenet appellatio quando dicitur appello qꝛ
me grauaſti niſi id grauamen reuocaueris licet nō ſit neceſſe expri-
mere niſi reuocaueris.nu.5.
3 Appellatio ab arcta dilatione duo requirit ad concludendū iuſtuꝫ
grauamen.
4 Dilationes citationis non debent ſine cauſa abbreuiari.nu.8.
6 Attentata ⁊ innouata nō reuocant ante cognitionē appellationis
a diffinita.
Fallit ſi appelletur ab interlocutoria.
7 Dilatio arcta ⁊ nimis breuis que ſit vt appellatio ex ea teneat.nu-
mero ſeq.⁊.2.
9 Terminus ſeu dilatio iuris quid ſit.

1 Dilecti filij. ¶ †Si det nimis breuis ter-
minus peremptorius vbi nō
ſubeſt neceſſitas appellat licite.Sunt due partes ap
pellationis ꝓſecutio:⁊ ipſius cōmiſſio.ſecunda ibi.
2 Quia vero. ¶ †No.ꝙ a grauamine de preſenti lꝫ ap
pellare:⁊ a grauamine de futuro qn̄ trahit originem
a grauamine de p̄ñti ꝓpter quod appellat:quinimo a ſolo graua-
mie de futuro ⁊ grauaminis timore dū tū quid exprimat ex quo ſur-
gat grauamen de p̄ñti.ad hoc qđ no.Inno.j.de teſti.ſignificauerūt
vbi valet hec appellatio.Appello qꝛ me grauaſti niſi grauamen re-
uocaueris.de quo dic vt ibi.⁊ vide Innoc.de no.oper.nunci.c.fina.
3 ¶ †No.ij.duo copulatiue requiri ad cōcludendum grauamen pro
pter aſſignationem termini citatorij.Primo termini nimia breui-
tas.Secundo qđ terminus ſit peremptorius.Alterū ergo non ſuffi-
cit:quia in facultate eſt iudicis ſtatuere in primo terminum perem-
ptorium:nec ſufficit quod terminus ſit nimis breuis qn̄ nō eſt pem
ptorius:qꝛ in ſecundo citatiōis termino pōt abbreuiari.Intellige
tamen qđ terminus nō ſit ita breuis:qđ cōparere non poſſit:qꝛ ex ſo
la ſtatutione termini ſic breuis poſſet appellari:cauſa preiudicaret
ſaltem in cōdemnatione expenſaruꝫ.per no.de ꝓcur.querelam.⁊ de
4 iudi.ſancimus.C. ¶ †No.terminū citationis non debere ſine cauſa
5 abbreuiari. ¶ †Opp.j.qđ a grauamine de futuro non appelletur
in iudicio:vt.j.de appel.vt debitus.⁊.c.dilecto.dic qđ hic ſentiebāt
grauamē de preſenti:⁊ timebant de futuro:ad hoc de preſum.man-
data.⁊ de ap.cōſuluit:ſecundum Hoſti.dicit hic Cal.qđ non eſt ne-
ceſſe qđ petat grauamē reuocari:ſed ſufficit qđ ſe grauatum ſentiat:
quod eſt cōtra illud quod no.de ap.ex parte:ſecundum Ioan.Cal.
6 ¶ †Oppo.qđ reuocentur attentata ante cognitionem appellatio
nis:de ap.nō ſolum.lib.vj.de ap.venientes Ioā.an.remittit ad di
ctum.c.non ſolum:dicit qđ hoc procedit in appellatione ab interlo
7 cutoria:illud in appellatione a diffinitiua. ¶ †Quero cum gloſ.j.
quis dicatur terminus nimis breuis:dicit gloſ.qđ qualis terminus
debet ſtatui hoc relinquitur arbitrio iudicis:conſiderata qualitate
perſonarum:⁊ loci diſtantia:vt patet.j.de ap.cum ſit romana:⁊ ſe-
cundum hoc videtur qđ terminus citationis ⁊ dilatio ſit arbitraria
non ergo hodie ſeruantur termini qui habentur in autē.qui ſemel.
C.quomodo ⁊ quando iu.⁊ vnde ſumitur:⁊ ſic not.do.qui hos ter-
minos ſuperflue proſequitur.ſ.vt lite non conte.c.j.per que dicunt
ibi qđ expectatio termini vſqꝫ ad annum non ſeruatur.Unde dicit
Bar.in autē.predicta qđ iudex poteſt ex cauſa abbreuiare dilatio-

nes de